

~~3~~ 6 = 105

BK1  
SF5



Ερασμος




Apd. 142.551

DE


# ODYSSEARUM IMPERIO

## COMMENTATIO.



ED. GUIL. SIEVERS,

PHIL. DR.



BONNAE,  
TYPIS PETRI NEUSSERI.

1842.




**VIRO DOCTISSIMO**

**G. R. SIEVERS,**

**PHIL. DRI. PRAECEPTORI IOHANNEI HAMBURGRNISIS  
PUBLICO ORDINARIO,**

**PATRUELI DILECTISSIMO**

**HASCE STUDIORUM PRIMITIAS**



**A U C T O R.**



Ineunte bello Peloponnesiaco potentissimum in Thracia invenimus imperium, quod eo magis animos nostros in se convertit, quo occultius et ortum est et adolevit. Nam quum, in multas gentes divisi, infirmi semper fuerant Thraces atque invalidi<sup>1)</sup>, subito prope omnes coniunctos nomenque imperii, cui subiecti erant, etiam ultra Thraciae fines notescere, quin ipsis Graecis metum iniicere videmus. Foedere enim cum Atheniensibus icto, qui tunc Graeciae principatum tenebant, non ultimas in ipsis Graecorum rebus agebant partes, neque multum afuerunt, quin totum illud bellum alio converterent.

Erat illud Odrysarum imperium, quod tantam, sive ambitum species, sive internas eius opes, sibi comparavit potentiam, quantae<sup>2)</sup> inter Jonium sinum et Euxinum Pontum eodem tempore exstitit nullum.

Dignum igitur est, in quod accuratius, quam adhuc factum est, inquiratur. Sed tantis res obstructa est difficultatibus, ut caussam, cur hucusque neglecta paene iaceat, facile perspexeris. Est quidem, qui res gestas Odrysarum memoriae mandavit, Thucydides, idem ille, qui in toto paene opere talis exsistit, ut vix, quae de iisdem rebus alii scripserunt, desideremus: at hac in parte quum in universum paullo brevior est simulque obscurior, tum vero, quomodo ortum sit imperium illud, silentio practermittit; neque est qui eum suppleat.

---

1) Herod. V, 3.

2) Thuc. II, 97:



Quare quaerentibus nobis, quae nam sint primae eius origines et unde repetenda, nihil reliquum est, nisi ut quae de priore Thracum conditione accepimus perlustremus et, si quae ibi vestigia reperierimus, ea persequamur.

Atque hanc viam ingressi statim Persarum in Thraciam eas offendimus expeditiones, quae ad praeparandam illam omnium rerum commutationem sine dubio plurimum interfuerunt, praesertim Scythicam Darii<sup>5)</sup>. Scythis enim bellum illatus quum totam Thraciae orientalem oram peragrabat, tum Odrysas quoque ipsos attigit in eorumque finibus lapidum acervum monumenti instar posuit<sup>4)</sup>. Atqui non solum attigit huius tractus gentes, verum institutis ubique hyparchis<sup>5)</sup> in ditionem quoque redegit, ita ut omnes iam, quae inde ab Hebrei ostiis<sup>6)</sup> et Bosporo Thracio<sup>7)</sup> usque ad Istri ostia<sup>8)</sup> incolebant, gentes<sup>9)</sup> cius imperio tenerentur. Sed non diu servitutis iugum

3) Quae expeditio suscepta est inter Olymp. LXIV, qua in eunte regum adeptus est Darius, quartumque annum Olymp. LXIX, quo bellum Naxium exarsit; accuratius nihil asserri potest, inspiciat. Clintonus Fasti Hellen. ed. Krüger pag. 325, 326 (p. 313, 314).

4) Herod. IV, 92.

5) Id. VII, 59. 106 . . . ὅσους κατέστησεν αὐτὸς (Xerxes) οὐδὲ Αρεῖος, ὑπάρχοντος κατέστασαν γὰρ ἔτι πρότερον ταῦτης τῆς Ἐλάστιος (Xerxis scil.) ὑπαρχοί εν τῇ Θρηίκῃ καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου πανταχῷ.

6) Dorisci enim praesidium reliquerat Darius Id. VII, 59.

7) Id. IV, 85. 89.

8) Id. IV, 89.

9) Graecas autem urbes a Dario iam subactas esse, quamquam id de Dorisco constat, de Sesto probabile est (IV, 143), persuadere mihi non possum. Megabazus enim a Dario Thraciae subigendae caussa in Europa relictus (IV, 143. V, 2): Ελλησποντίων πρώτον subegit Perinthios οὐδὲ βουλομένους υπηρέους εἰραι Δαρείον; Otanes deinde, qui illi successit (V, 23), Byzantium cepit (V, 26), neque usquam eas defecisse et ab his altera vice in ditionem redactas esse legimus.



sustinuerunt; an vero continuo post infelicem Scythicae expeditionis eventum in libertatem sese vindicaverint, incertum est. Id autem pro certo iam affirmarim, tractum illum inde ab eo tempore, quo Scythaे ulciscendi cupidine ducti in Thraciam invaserunt<sup>10)</sup> et ad Chersonesum usque pervenerunt<sup>11)</sup>, totum in libertatem restitutum esse: Quod factum est anno Olymp. LXXI primo, ante Chr. nat. 496, tribus annis ante quam Persae ora Jonica subacta Hellesponto immincent, Miltiademque ut e Chersoneso in patriam urbem rediret permoverent<sup>12)</sup>.

Possit iam aliquis coniicere, Odrysas, utpote qui omnium, quibus Persae imperitabant, longissime a mari remoti fuerint, ceteris in euiciendis Persarum praesidiis auctores factos esse ac principes; fuit fortasse Teres, quem primum ἐν χρύται Οδρυσῶν βασιλέα dicit Thucydides<sup>13)</sup>, dux cohortis cuiusdam in expeditione Scythica, ita ut iam auctoritate quadam maiore inter suos floraret: aetas certe eius vix huic Mannertii<sup>14)</sup> sententiae repugnat, quam usque ad nonagesimum secundum annum produxisse

---

10) Niebuhr: Untersuchungen über die Geschichte der Scythen, Geten und Sarmaten (kleine Schriften pag. 372) in enumerandis quae de Scytharum historia tradita sunt hanc eorum invasionem cur non annotet, nescio.

11) Herod. VI, 40. Hecataeus fr. 140 ed. Klausen Berol. 1831 Boryzam, prope Byzantium sitam, Ηερσιχήν dicit urbem; sed quonam tempore itinera sua consecit, accurate explorare nequimus. Klausen quidem pag. 8 in pacis annos bello Naxio antecedentes illa retulit; at ut Herodoti (V, 27) verbis utar: χρόνον οὐ πολλὸν ἀνεσίς κεκρίνη; Klausen autem, quamquam modo, quae annotatione tertia diximus concessit, bellum Scythicum in Olymp. LXVI. referens, pacis tempus duodecim annorum statuit.

12) Herod. VI, 40.

13) Thuoyd. II, 29.

14) Mannert Geographie der Griechen und Römer. Tom. VII, pag. 45.



dicitur<sup>15)</sup>; neque peregrinos instituendi mos apud Persas non obtinuisse videtur, id quod Alexandri Macedonis vita<sup>16)</sup> satis docetur. Facilius denique semel subactos alienum imperium sustinuisse Thrae, consentaneum est.

Verum licet omnia, quae modo attulimus, coniecturas inanes aliquis iudicet easque reiiciat, id tamen concedat necesse est, ex bellicis illis turbis magnam omnium rerum commutationem ortam esse, memor Atheniensium, qui devictis demum iisdem Persis ad eam potentiam pervenerunt, quam sine illis fortasse numquam adepti essent. Facilius igitur talibus in turbis, quam diurna pace, ambitiosus quisque et ingeniosus auctoritatem quandam sibi comparare potuit; praesertim quum validissimorum quarundam gentium, inter quas Herodotus solos Getas commemorat<sup>17)</sup>, vires fractae, aliarum certe de minutae essent. Atque quas Darius attigit gentes, eas prope omnes a Tere illo, conditore imperii, subactas esse, infra ostendere conabimur.

Iam quaeritur, an tempus, quo prima imperii fundamenta iecerit Teres, arctioribus finibus describi possit. Qua quidem in re, dummodo tempus, quo iter Thracium confecit, compertum haberemus, dux nobis exsisteret Horodotus. Cui quum minime ignotum fuisse Odrysarum imperium, duo operis eius loci<sup>18)</sup> luculenter demonstrent: idem, ubi mores Thracum describit<sup>19)</sup>, eos, quamquam

---

15) Theopomp. apud Lucian. Macrob. 10.

16) Herod. VIII, 136.

17) Herod. IV, 93 οἱ δὲ Γέται πρὸς ἀγνωμοσύνην τραπόμενοι αὐτίκα ἐδουλώθησαν, Θρητῶν ἐδυτες ἀνδρειότατοι . . . .

18) IV, 80: limes imperii Ister dicitur fluvius; VII, 137. coll. cum Thuc. II, 67.

19) Herod. V, 3, quem totum passum ad mythicos Thrae referunt Wachsmuthius: Hellenische Alterthumskunde Tom. I, Pars 1, pag. 35. Niebuhrius contra l. c. pag. 357, quod Thrae maximum post Indos dicit populum Herodotus, ex errore eius de Istri cursu repetendam censem.



inaximum post Indos populum, quum neque unius parent imperio, neque unum et idem omnes sentiant, invalidos esse dicit atque infirmos. Quos quidem locos diversis temporibus scriptos esse, non est quin intelligat. Quum autem maxime probabile sit, quae de populi cuiusdam moribus institutisque allaturus esset, ea confecto itinere statim conscripsisse Herodotum, reliquum esset, ut tempus, quo Thraciam peragraverit, definiremus. Nam in Thracia eum fuisse, sola accurata gentium, quas Xerxes in itinere attigerit, descriptione comprobatur<sup>20)</sup>; sed vel ab ipsis Odrysarum sedibus non longe abfuit; Teari enim fluvii, qui tandem in Hebrum incidat, cui Arda<sup>21)</sup> quoque aquas miscet, accolas testes assert<sup>22)</sup>. Sed ut ceterorum, ita huius quoque, de quo agitur, itineris tempus accurate definiri vix potest; solum Aegyptium iter intra annos 454 et 444 susceptum esse, sagacissime demonstravit Dahlmannus<sup>23)</sup>; ex Aegypto autem, quum quod Aegyptii contenderunt, deum antiquissimum esse Herculem cumque diversum a minore illo, quem herois cultu Graeci venerabantur, accuratius explorare cuperet, Tyrum se contulit<sup>24)</sup>. Tum postquam quae ibi viderit enarravit, ita pergit: ἀπιζόμενον δὲ καὶ εἰς Θάσον (aliam cultus illius sedem): quae verba si cum iis, quae antecedunt, ita coniungis, ut iter Thasium eodem consilio, quo Tyrium ab Herodoto factum esse statuas, efficitur, ut Aegypto demum peragrata i. e. post annum 444 in Tha-

---

20) VII, 108—114 vid. Dahlmannum: Herodot aus seinem Buche sein Leben pag. 127. Heise: Quaestiones Herodoteae. Berol. 1827. pag. 127.

21) Quod flumen ab Artisco Herodoti IV, 92, qui per Odrysarum fines fluat, diversum non esse, infra videbimus.

22) Ο δὲ Τίαρος λέγεται υπὸ τῶν περιολκών: IV, 90.

23) Dahlm. l. c. pag. 68.

24) Herod. II, 43. 44. καὶ θελων δὲ τούτων πέρι σαφές τοι εἰδέναι ἐπιλευσα καὶ εἰς Τύρον.



sum insulam pervenerit. Atque id quum totus loci nostri sensus, tum singula quoque postulant. Etenim duo illa *καὶ* (*ἐπὶ λευσσα καὶ ἐς Τύρον - ἀπιζόμην δὲ καὶ ἐς Θάσον*) sibi respondent, et cetera, quae inter haec duo inveniuntur non pauca vocabula *καὶ*, coniungendi tantum caussa adhibita sunt; *ἀπιζόμην* deinde propterea tantum apposatum esse appareat, quod verbum *ἐπὶ λευσσα* longius remotum erat, quam quod quae sequuntur regere posset.

Thasum igitur confecto demum Aegyptio itinere adiit Herodotus; sed inde non statim efficitur, ut etiam in Thraciam tum demum pervenerit. Bis enim et ex ea ipsa caussa, quam modo attulimus, altera vice, in Thasum provenisse statui potest; ita ut non ex tempore, quo Thraciam peragravit, primas Odrysarum imperii origines, sed potius iter illud ex his ipsis Odrysarum originibus constitui posse appareat.

Fieri enim nullo modo potest, ut usque ad annum circiter 450 tam invalidi fuerint Thraeces, quales Herodotus nobis depingit. Octoginta circiter annos eo tempore natus putandus est Teres; quomodo autem, quod per tot annos non valuit, senex imperii fines propagarit? Quomodo deinde congruit hoc apophthegmati illius<sup>25</sup>), quod strenuissimum ac bellicosissimum virum nobis ante oculos ponit? Dicebat enim Teres, se cum a militia vacaret nihil meliorem sibi suis equilonibus videri. Verum etiam quo tempore Herodotus Thraciam peragravit, orientis imperii vestigia invenisse videtur. Fortasse iam tum Odryses omnes, quorum parti antea imperitaverat, imperio suo coniunxerat Teres iisque adiecerat ceteras gentes, quae inter Haemum montem et Rhodopen incolebant, fortasse iam tum in Thynos bellum paravit. Nam dicit quidem Herodotus, Thraeces infirmos esse atque invalidos, sed tam vivide sollicitudinem suam pingit<sup>26</sup>), ne, si

25) Plutarch. Tom. II. Francof. 1620. pag. 174.

26) Vide similem sententiam apud Tacit. Agric. e. 12. Nec



quando unius imperio pareant, aut unum certe et idem omnes sentiant, tales evadant, quibus resisti omnino non possit; tamque supplex deos quasi implorat, ne τοῦτο illis ἀποροντις et ἀμύχαρον quondam contingat: ut iam tum in eo fuisse videantur Thraces, ut magnam illam potentiam sibi compararent.

Sed pauca tantum de ipso Tere nobis servata sunt indicia, quae tamen id efficiunt, ut, quod supra diximus, quas ille gentes in ditionem redegerit, coniicere liceat. Fuerunt hi primum Odrysac, quibus omnibus antea non imperitaverat. Ante enim ipsius Teris regnum Thraces regibus nomine dignis usos non esse, satis certo demonstrari potest. Quin posterioribus quoque temporibus non paucas ἀβασιλεύτοντα reperimus gentes; quibuscum enim arma conferebat Alcibiades<sup>27)</sup>, quaeque Olynthiorum, quum summum potentiae fastigium ascendissent, amicitiam petebant<sup>28)</sup>, disertis verbis ἀβασιλεύτοι dicuntur; aliae porro, quae Clearchum<sup>29)</sup> et Seuthen<sup>30)</sup> impugnabant, quum nusquam regis mentio fiat et tamen singulae res multae recenseantur, et ipsae iis caruisse videntur; Dolonci, parvulae Chersonesi incolae, plures habebant reges<sup>31)</sup> vel potius dynastas, ut eos paullo post vocat Herodotus<sup>32)</sup>. Tales igitur dynastas aliarum quoque

---

aliud adversus validissimas gentes pro nobis utilius, quam  
quod in commune non consulunt.

27) Plut. Alcib. c. 36 καὶ ξιραγαγῶν ξένους ἐπολέμει τοῖς αβασιλεύτοις Θρησκί.

28) Xen. Hell. V, 2, 17 γείτονες αὐτοῖς εἰσὶν Θρησκες οἱ αβασιλεύτοι.

29) Diodor. XIV, 12. Xen. Anabas. I, 3, 4. II, 6 seqq. Polyae. II, 2, 6. 8. 10.

30) Xen. Anab. VII.

31) Herodot. VI, 34 οἱ Αόλογκοι... οἱ Αελφοὺς Επεμψαν τοὺς βασιλέας.

32) Id. VI, 39 οἱ μυραστεύοντες cf. Polyb. IV, 45 τὸ πλήθος τῶν δυραστῶν.



gentium reges, quos assert Herodotus 33), fuisse suspicor; tales ipsas illas αἱρασιλεύτοντος habuisse statuerim 34); tales erant Diorum reges; nam quum partem eorum ultro, alios praemio conductos Sitalcen sequi videamus 35), non uni omnes subiectos fuisse patet. Herodotus quoque, de Thracum imbecillitate locutus, ubi addit 36): εἰ δὲ ὑπ’ ἐρὸς ἀρχούσιο τό Θρηίκων ἔθνος ἡ φορέοι κατὰ τωντὸ, verbis ἡ φρ. κ. τ. ad gentes potius Thracum, talibus dynastis, quorum auctoritas non multum valebat, subiectas, quam ad reges, quorum potentia nullis finibus fuerit circumscripta lateque pertinuerit, videtur respexisse. Atque eodem modo constitutam regiam potestatem apud alios quoque barbaros populos multos invenimus.

Talibus igitur regibus quum Odrysas quoque antea usos esse veri sit simile, in multis partes divisos: has primum omnes coniunxit Teres sibique subiecit, ita ut πρῶτος ἐν χράτει Ὀδρυσῶν βασιλεὺς exsisteret 37). His deinde adicxit, qui una cum Odrysis inter Haemum montem et Rhodopen incolebant 38) usque ad Ponti oram.

---

33) Herod. V, 7.

34) Alcibiadis enim, Seuthis et Clearchi Thraces ab iis, quibus Polybius l. c. πλῆθος δυναστῶν tribuit, vix arbitror diversos esse.

35) Thuc. II, 98.

36) Herod. V, 3.

37) Thuc. II, 29. Hoc igitur significat ἐν χράτει βασιλεύς; minus accurate Gaius (Mémoire sur Sitalcès, sur la Thrace Odrysienne cet. In: le Philologue Paris 1818. Tom. III, p. 388 seqq.), qui tamen id vidit, regibus iam antea usos esse Odrysas, Teren autem „le premier roi puissant“, „le premier qui fit respecter sa puissance“ evasisse. Negat Gaius, Teren dici posse conditorem imperii, quamquam quum priores reges nomine vix digni essent, verborum id est certamen.

38) Quos nominibus omissis ita coniungit Thucydides II, 95: ἀριστησιν οὐν (οἱ Σιτάλχης) ἐξ τῶν Όδρυσῶν ὄρμωμένος τοὺς



Commemoratam enim invenimus expeditionem quandam, quam in Thynos suscepit; quae gens, trans Hebrum hanc procul a Byzantio usque ad Pontum habitans<sup>39)</sup>, magna cum nocturno impetu clade affecisse impedimentisque privasse dicitur<sup>40)</sup>. Praeter hos Getas quoque subegisse videtur Teres, quippe qui cum rege Scytharum, ad quos Getarum gens quasi pons erat, Ariapithe ratione quadam coniunctus erat; eius enim filia Ariapithis erat uxor. Possit quidem etiam a filio Teris, Sitalce, illi in matrimonium data, Getaeque igitur ab hoc demum imperio Odrysarum subjecti esse: at Ariapithis uxorem Teris dicit filiam Herodotus<sup>41)</sup>, non Sitalcis sororem, id quod minime praetereundum censebunt mecum, qui singularem Herodoti diligentiam secum reputaverint; praesertim quum paullo post, ubi de Sitalcis fratre agit, qui ad Scythes consugerat, diserte dicat: ἦρ γὰρ παγὰ τῷ Ὀτιανασάδῃ ἀδελφεῖς Σιτάλκης πιπειγός, quem quidem post patris demum obitum, Sitalcis fortasse in regno sibi parando acmulum, profugisse, veri est simile<sup>42)</sup>. Post obitum enim Ariapithis<sup>43)</sup>, qui praeter Teris illam filiam indigenam quoque et civem Istrianam duxerat, atque ex illa quidem, nomine Opoea, Oricum, ex hac Scylen procreaverat, Scyles rex factus est. Qui a matre Graeco more institutus eo usque pa-

τριῶς τοῦ Σίγου τε ὄροντος και τῆς Ροδόπης Θράκης, οἵσιν  
ηγέτη μέχρι θαλάσσης τε Εὐξείνου τε πόντον κ. τ. λ.

39) Xenoph. Anab. VII, 2, 17. 22. 5, 1. 12.

40) Xenoph. Anab. VII, 2, 22.

41) γεγοράτα εξ τῆς Τύρεω θυγατρός. IV, 80.

42) Scyles enim, Sitalcis amicus, quum fratri esset nemulus,  
facile aliquis de fratre illo Sitalcis, Octamasadis amico,  
idem statuere possit, praesertim quum satis magni illum  
momenti aestimarit Sitalces, quem cum Scyle commutaret.

43) Inspicias Herodot. IV, 78—80. etiam de iis, quae sequuntur. Vide etiam Brandstaetterum: *Seythica. Regiomonti 1837.*  
pag. 95.



trios Scytharum mores negligebat, ut vel Bacchi mysterium initiaretur. Quo cognito regnum ei ademerunt Scytha, fratrique ex Teris filia, Octamasadi, commiserunt. Factum id est rege Odrysarum Sitalce; ad eum enim confugit Scyles ille, regno ejectus, in cumque bellum parakat Octamasades. Iam quamquam, neque quo anno fratrem elecerit Octamasades, neque quo patri successerit Sitalces, traditum accepimus: nemo tamen Sitalcen viginti circiter annos ante belli Peloponnesiaci initium regnum suscepisse statuerit, ita ut ipsa quoque Octamasadis aetas Teren eum fuisse significet, qui Ariapithi filiam suam collocavit; proiectior enim aetate fuit Octamasades, quam quem post initium demum a Sitalce regnum natum esse statuamus.

Ex tali autem coniunctione, quum de barbaris gentibus agatur, mihi quidem certissime effici videtur, ut Teris iam regnum Scythis fuerit finitimum, i. e. ut Getas ipse iam in ditionem redegerit.

Sin vero et Getas et Thynos, quorum illi omnium maxime boream, hi austrum versus incolebant, subegit Teres, ab eodem etiam quae interiacent regiones subactas esse, probabile fit. Atque ita Odrysis omnibus inter se coniunctis, subactis qui inter Haecum montem et Rhodopen incolebant, subactis Getis, Thynis, usque omnibus qui inter hos et illos habitabant, recte dicere potuit Thucydides<sup>44)</sup>, Teren primum magnum quod maximum Thraciae partem amplectebatur imperium Odrysis cemparasse.

Teri igitur successit Sitalces filius; sed sicut hoc<sup>45)</sup>,

44) Thuc. II, 29. Ο δέ Τήρης οὐτος ὁ Σιταίκον πατήσα πρώτος Όδρυσαις τὴν μεγάλην βασιλείαν ἐνι πλεῖον τῆς αἱλίας Θράξης ἐποίησεν.

45) Cary (histoire des rois de Thrace et de ceux du Bospore Cimmérien pag. 4) anno. Olympiadis LXXXVIII, 1. Sitalcen regem factum esse dicit, Gaius non amplius



quonam tempore factum sit, ignotum est, ita neque, quo ordine disponendae sint res eius gestæ, explorari potest. Quatuor omnino eius commemorantur expeditiones, Scythica, Paeonica, Chalcidica et Triballica. Ex his Chalcidica et Triballica a Thucydide sunt definitæ; Paeonicaam ante Chalcidicam dicit susceptam; Scythicae ne mentionem quidem iniicit. Iam licet fieri possit, ut haec etiam posterior fuerit Chalcidica, tamen quum res Scythicas modo attigerimus, hanc primo loco tractabimus. —

Diximus, Octamasaden fratribus ad Sitalcen sua cognita, bellum in Thraces parasse. Quum vero ad Istrum flumen ei obviam fieret Sitalces: ea conditione uterque sine dimicatione discessit, ut alter alteri quem haberet fratrem dederet; ex quibus Scytha fratrem sibi traditum statim obtruncavit, Sitalces secum abduxit<sup>46)</sup>.

Quasnam autem gentes, ubi ad fines propagandos pro-

---

octo annos regnasse (l. c. pag. 356). Illud falsum esse, per se patet, quum anno Olymp. LXXXVII, 2. societatem cum Atheniensibus iniciit; hoc probari nullo modo potest et per se veri simile non est, quum Paeonica expeditio quin societati illi antecesserit, dubium vix sit; sin vero incidit, quod mox videbimus, in annum Olymp. LXXXV, 3. certe non minus tredecim regnavit annos; mortuus enim est anno Olymp. LXXXVIII, 4. Laudes autem, quibuscum Sitalcen suum extollit Gniilius, ridiculae prope sunt; nam neque verum est quod „il avait hérité un empire de médiocre étendue,” neque sons ei debebat esse Diodorus, qui Thucydidem sequens, quae apud eum invenerat, omnia in maius extollit vid. annotationem 77.

46) Sitalces igitur, nisi quis hunc a Sparadoco, Seuthis patre (Thuc. II, 101) non diversum esse iudicat, duobus unus est fratribus, atque ab his fortasse descendunt Maesades eiusque filius Seuthes qui Teris *τερόγονοι* dicuntur (Xen. Anab. VII, 2, 22. cfr. ibid. §. 31, c. 3, 39) aliquo, quorum nomina Teres, Sitalces (vid. Philippi ad Athenienses epistolam Demosth. p. 161) ad illum et Sitalcen nos relegant.



cessit, imperio adiecerit Sitalces, si discesseris a Paeonibus, aequo obscurum est; quaerentibusque nobis nihil reliquum est, nisi ut circumspiciamus, an forte, ubi singularum gentium sedes describunt, inter se discrepant Thucydides et Herodotus, et si quae inquirendo effecerimus, ea inter se coniungamus atque ex mutatis earum sedibus, quos sum arma sua converterint Odrysae, concludamus; quamquam si quae reperierimus, haec tamen codem iure ad Teren quoque possint referri. Verum ne proficimus quidem multum, neque hac ratione: Herodotus enim eas paene solas gentes assert, quarum in fines pervenerint Persae; Thucydides contra imperii Odrysarum ambitum universum, non singulas quas amplexum sit gentes describit. Casu tantum praeter eas, quibus ad constituendos imperii fines utebatur, alias quoque nonnullas adiecit, quarum tamen paucas tantum apud Herodotum quoque invenimus. Inter quas sunt Dersaci et Odomanti, quorum illi Herodoti quidem aetate ab occidentali Nesti amnis ripa solis Sapacis erant disinneci, hi in australi Pangaci montis fastigio sederunt: id quod infra, ubi de imperii ambitu disseremus, ostendemus. Thucydides autem plane alias illis tribuit sedes: in planicie scilicet ad Strymonis fluvii orientalem ripam consederant et una cum iis Panaci et Droi. Iam vero fines Edonorum, quorum partem fuisse Panacos, forsitan etiam Droos, infra videbimus, Herodoti aetate multo latius patuisse, atque, solis Pieribus interruptos, iuxta mare usque ad Dersacos illos procurrisse, ibidem demonstrabimus. Post Herodotum autem nemo, quantum ego scio, tam remotos a Strymone cognitos habet Edonos. Ipse Thucydides nullos, nisi qui Strymonem accolunt, commemorat. Quid igitur probabilius, quam commutationem illam sedium cum crescente Odrysarum imperio quodam modo cohaerere? Itaque vestigium saltem invenimus, Odrysas, profectos quidem ab orientalibus imperii partibus, totum usque ad Abderam maritimum tractum subegisse; illi igitur Dersacis, imperium



suum abruentibus, caussae fuerunt, ut vetustas sedes relinquerent. Quibus irruentibus excitati, Odomanti quoque ad Strymonem, quem quondam<sup>47)</sup> traiecerant, redierunt et una cum Dersacis, Drois et Panacis Paeonicis gentibus auctores facti sunt, ut ad fratres, qui ad Axii fluminis ripam incolebant, transmigrarent urbemque Doberum conderent<sup>48)</sup>). Edonorum igitur vires ab Odrysae fractae aut saltem deminutae sunt. Itaque hac in re caussam positam esse suspiceris, quod Edonos tam facili negotio ab Atheniensibus victos reperimus. Nam quum antea in eorum fines colonias<sup>49)</sup> deducturi essent, tam Aristagoram quam Athenienses ab iis magna clade affectos esse, notum est. Anno<sup>50)</sup> autem 437 res Atheniensibus duce Hagnone melius cessit, contigitque illis, ut urbem Amphipolin conderent. Atque hinc iam de tempore, quo ad Abderam usque progressi sint Odrysae, chronologicum momentum repetendum esse censeas. Sed cave ne Edonorum illa ad Amphipolin clades ad Paeonicam potius Sitalcis expeditionem retuleris. Quae fortasse in omnes occidentalis Thraciae gentes suscepta erat, ita ut tum Treres quoque et Tilataeos subigeret. Dubium certe non est, quin etiam ultra Agrianes, Lacaeos aliasque Paeonicas gentes, quas in ditionem accepit, progres-

47) Vid. Parthen. Erot. c. 6.

48) Postea enim non amplius in Pangaeo monte commemorantur Doberes et Paeoplae nomenque ipsum urbis conjecturam nostram affirmat. Eurip. Rhes. 409. ὅτι δημι Ηάγγαιον τε Ηαιόνων τε γῆν indicare videtur, Paeones in Pangaeo monte eo quoque tempore sedisse, quo acta est fabula illa. Vide alteram disputationem. Poëtæ autem huc in re vix multum tribuendum.

49) Atheniensium ad Amphipolin (vid. Thue. I, 100. IV, 102. Diodor. XI, 70. XII, 68. Paus. I, 29. Gaium l. c. pag. 319) et ad Datum clades eadem est. Vide Clintonum l. c. pag. 261. Wesselius ad Herodot. IX, 75. fallitur.

50) Ex Clintoni rationibus, quem vide ad annos 497. 465. 437.



sus sit et Strymonem fluvium traiecerit; in Cercine enim monte, quem intra Axium fluvium et Strymonem situm esse ex Thucydidis<sup>51)</sup> narratione appetat, ipse succisa materie viam munierat, qua postea Doberum usque pervenisse videtur; huius autem regionis Thracum gentes eum non subegisse, ipse dicit Thucydides<sup>52)</sup>). Ad hanc igitur potius Paeonicam expeditionem Edonorum illam cladem retuleris. Nam quum nihil impedit, quin statuamus, gentes illas iam tum sedes suas mutasse, revera iterum satis prope ad illos accedebant Odrysae. Atque etiam quum postea his in regionibus versarentur, Strymonis accolæ<sup>53)</sup>), ne sibi quoque bellum inferrent, magnopere timebant. Possit igitur factum esse, ut Athenienses, Edonorum oculis in imminentes Odrysas conversis, occasione oblata uterentur, atque quam iam dudum affectarant regionem, ea nunc potirentur. Nam prorsus infirmos eos neque tum fuisse, inde patet, quod Thucydides, ubi Myrcinum a Brasida occupatam esse tradit<sup>54)</sup>), caussam eius rei afferre necessarium iudicat; quæ quidem caussa posita erat in turbis civilibus, quibus distinebantur Edoni.

Sed quocumque modo res sese habeat, id constat, ante annum 429 Paeonicas illas gentes subactas esse; cum enim in annum gravissima Sitalcis expeditio incidit, quaeque omnium Graecorum animos in eum convertebat, de qua verba faciens Thucydides, Paeonicam illam πρότερον susceptam esse dicit<sup>55)</sup>). Qua autem de caussa illam in Perdiccam, Macedonum regem, et Chalcidenses expeditionem suscepit, paucis iam exponemus.

51) Thuc. II, 98.

52) Id. ibid. πολλοὶ γὰρ τῶν αὐτογόμων Θρηξῶν (huius regionis) ἡχολούθουν.

53) Id. II, 101.

54) Id. IV, 107.

55) Id. II, 98.



Desciverant<sup>56)</sup> ab Atheniensibus, compulsi a Corinthiis et Perdicca, qui et ipse defectionem moliebatur, Potidaeatae, Chalcidenses et Bottiae; ipse denique Perdiccas, iam dudum ira in Athenienses commotus, quippe qui cum fratre Philippo, regionis Axiana, et Derda, superioris Macedoniae rege, foedus inierant, arma sua cum illis coniunxit. Verum Atheniensibus magna classe Macedonia petentibus, Therma occupata, obsessa Pydna, Philippo et Derda a superiore Macedonia invadentibus: coactus est Perdiccas, ut pacem ac societatem ab Atheniensibus peteret<sup>57)</sup>, quam quidem impetravit; urgebat enim necessitas<sup>57)</sup>, ut illo neglecto Potidaeatas, quibus auxilia miserant Corinthii, ad officium reducerent Athenienses. Nihilo minus statim ad Chalcidensium partes rediit Perdiccas, tantoque cum successu Atheniensibus resistebat, ut, quum neque Potidaeae illis contingeret expugnatio, aliunde auxilium petere statuerent<sup>58)</sup>.

Quem ad finem Nymphodorum, Pythae filium, Abderitam, cuius filiam in matrimonium duxerat Sitalces, quem antea hostem iudicassent, hospitem publice fecerunt. Qui postquam Athenas pervenit, qua erat apud Sitalcen auctoritate, non modo eius ipsis conciliavit societatem, sed etiam, ut filius eius Sadocus<sup>59)</sup> civis Athenensis fieret, perfecit. Sitalci denique se persuasurum promisit, ut missis equitibus et peltastis bello Chalcidico finem imponeret. Eodem interveniente Nymphodoro, vel ipso fortasse Sitalce, Perdiccas quoque, qui ab Atheni-

56) De hac tota re vid. Thuc. I, 56—66.

57) Ιτα ἔμπραστοι ποιησάμενοι καὶ ἔμμαχοις ἀναγκαῖοι solvendum iudicavi Thuc. I, 61.

58) Thuc. II, 29 βουλόμενοι σφίσι τὸ τοῦ Θρᾳκῆς χωρία καὶ Ηεράτζας ἐντέλειοι αὐτόν (τὸν Σιδηλεύν).

59) Thuc. I. c. Aristoph. Acharn. v. 136—150: filius Sitalcis, quem Σάδοκον vocat Thucydides, apud Schol. Arist. I. c. v. 145, Σάδωκος vocatur.



ensibus iam bello premebatur, cum illis in gratiam rediit: ea lege, ut Perdiccas quidem Atheniensibus contra Chalcidenses auxilia mitteret, Athenienses illi Thermam redderent. Sitalces autem, ad quem statim post primam inter Athenienses et Perdiccam pacem confugisse videtur<sup>60)</sup> Philippus ille, Perdiccae frater, ut eius restituendi consilium omitteret, secretis tantum quibusdam conditio-  
nibus adduci se passus est; quas ipse Thucydides igno-  
rasse videtur<sup>61)</sup>. Atque Perdiccas, quum a metu, ne  
Philippum reduceret Sitalces liberatus, atque totius iam  
Macedoniae dominus esset, confessim ad Potidaeum Athe-  
niensibus succurrit. Eodem modo Sitalces quoque, licet,  
quod dubium est, non statim auxilia miserit<sup>62)</sup>, fidelem  
certe Atheniensibus se praecepsit socium. Nam quum Co-  
rinthii et Lacedaemonii proxima aestate legatos, quos ad  
regem Persarum mittere constituerant, cum quoque adire  
iussissent, eo quidem consilio, ut illum ab Atheniensibus  
abalienarent ad suamque ipsorum societatem traducerent,  
Atheniensium legati, qui forte<sup>63)</sup> apud eum degebant,

60) Thuc. II, 95: Νεγίτ ἀρετὸν Σιταλέεν, ρνο τεμπορε φοεδος  
ιετον εισεβατεται; icebatur autem illud post solis defectionem anno  
Olymp. LXXXVII, i. e. post diem III. m. Augusti a. 431.  
Inspicias Krügerum l. c. ad hunc annum.

61) Thuc. II, 95: ὑποσχόμενος - ἐπιξεδεξαιτο; id. c. 101 πρός  
τε τόν Ηερόδίζαρ λόγους ξποιείτο, ὡν ξρεκα ξσιρά-  
τευσεν.

62) Verba quidem: πανσαι αὐτὸν βοηθείται αὐτοῖς (Thuc. II,  
67), in plerisque codd. absunt; sed quum Thucydides Si-  
talcean se copias missurum, Aristophanes contra cum copiis  
se ipsum venturum esse promisisse dicat: hoc fortasse illi  
priori addidit, copiasque igitur iam antea misit.

63) Gaius l. c. pag. 357, annotat. 1: παρετρότες male dicit  
versum esse per „forte;“ indicare potius scriptorem, Athe-  
nienses ante Peloponnesios rem ad finem perduxisse; at Pe-  
loponeesiū ne post Athenienses quidem ad finem perve-  
runt; scribere igitur debebat; ante Peloponnesiorum ad-



ut nihil proficerent, facile impetrarunt; idem deinde, iterum Nymphodoro<sup>64)</sup> interveniente, qui multum sane Atheniensium amicitiac tribuisse videtur, Sadoco persuaserunt, ut legatis illis Peloponnesiorum, quo minus patriae suae nocerent, impedimento esset eosque in itinere prope Bisanthen oppidum, quum navem ascendere vellent, interciperet sibique traderet. Factum est id exente aestate<sup>65)</sup>, anno Olymp. LXXXVII, 3, anno Chr. 430. Mox Potidaeatae sese dediderunt<sup>66)</sup>, Chalcidicum autem bellum ducebatur; quin etiam victi sunt Athenienses ab Olynthiis<sup>67)</sup> insecente aestate, et Perdiccas, rursus novas res molitus, Lacedaemoniis contra Acarnanes clam auxilia misit<sup>68)</sup>; eodem modo, quum Philippus mortuus esset<sup>69)</sup>, Sitalci fidem servavit<sup>70)</sup>.

Sitalces igitur, tum ut a Perdicca quae sibi promiserat exprimeret, sive potius ut eius loco Amyntam, Philippi filium, regem Macedonum institueret, tum ipse fidem suam Atheniensibus praestiturus, copias undique colligit. Evocat primum, quibus ipse imperitabat: eos scilicet, qui inter Haemum montem et Rhodopen usque ad Euxinum Pontum et Hellespontum incolebant<sup>71)</sup>; Getas porro, Paeonicas gentes, Treres denique et Tilataeos; invitat<sup>72)</sup> deinde Thracum montanorum multos, qui

---

ventum; sed praepositione παρὰ significari, eos apud Sitalcem degisse, nemo non videt.

64) Herod. VII, 137. Thuc. II, 67.

65) Thuc. ibid. c. 68. sub finem.

66) Id. c. 70.

67) Id. c. 79.

68) Id. c. 80.

69) Paullo enim post filius eius Amyntas commemoratur II, 95.

70) Ibid. Ceterum de sequentibus consulas Thuc. II, 95—101. Diodor. XII, 50.

71) Propontidem his includi non erat, quod moneret Gaius I. c. p. 369.

72) Gaius I. c. p. 370. *ἀντσησι „il les fait lever;“ παρεχάεται*



suis legibus vivebant et plerique Rhodopen montem incolebant, nomine Bios, quorum quum pars ultiro sequetur, alios praemio conduxit. Quum autem omnia parata habebat, duce Hagnone Athenensi<sup>73</sup>), iter ingressus est, atque relictis regni sui finibus eam sequebatur viam, quam ipse, quum Paeonibus bellum intulit, in monte Cercine munierat. Quo monte, qui fines Paeonum et Sintorum Maedorumque dividit, superato, Doberum pervenit, urbem Paeonicam. Hucusque copiae eius semper crescebant, nisi si qui morbo corripiebantur. Multi enim ex illis Thracibus, qui sui iuris erant<sup>74</sup>), praedandi cupidine ultiro sese illi adinxerunt. Quare tota eius multitudo centum quinquaginta millia hominum confecisse dicitur; horum plerique pedites erant, inter quos bellicosissimi ensiferi Eii; cetera vero turba sola multitudine erat formidabilis; equitum, quorum numerus quinquaginta millia non excedebat, plurimos praebebant ipsi Odrysae, et post eos Getae, qui omnes sagittarii erant equites. Praeterea cum Atheniensibus quoque, quorum legatos apud illum invenimus, constituerat, ut cum classi et quam maximo exercitu adessent.

Doberum igitur postquam omnes, exceptis Atheniensibus, quos a mari illi obviam ire oportebat, convene- runt, in Philippi, quod prius fuerat, regnum irrupit Sitalces. Comprehendebat illud urbes Idomenen, Gortyniam, Atalanten, Europum, regionem igitur Axianam, quam Paeo-

---

„il les invita;“ illud de gentibus Sitalcis imperio subditis,  
hoc de liberis.

- 73) Hagnonem illum, Nicia<sup>ρ</sup> silium, ab eo, qui Amphipolin condidit diversum non esse, recte ad h. l. annotavit Scholiasta.  
74) Ex his ipsis Sintis et Maedis, quos Thraeces esse docent Strabo VII, pag. 134. X, c. 2, pag. 341. XII, c. 3, pag. 28. VII, c. 5, pag. 105. 109. editio stereotypa; et Polyb. X, 41.



nibus eripuerant Macedones<sup>75)</sup>; an occidentem versus Deuriopum quoque continuerit, nescimus; Mygdoniam autem minus, quippe quam Chalcidensibus dederit Perdiccas incolendam ante Philippi ad Sitalcen fugam<sup>76)</sup>. Urbium illarum Idomenen vi cepit Sitalces; Gortynia et Atalante ob amicitiam, quae illis cum Philippo et Amynta intercedebat, ultra ad eum transierunt; Europum autem expugnare non potuit. Hinc in eam regionem paullulum progressus, quae a Pella et Cyrrho ad dextram iacet, rursus Mygdoniam, Anthemum et Grestoniam diripiebat. Macedones autem, suppellectile aliisque rebus ex agris in castella, quae tum non multa habebant, conges-tis, ne conabantur quidem pedestribus copiis ei resistere; equitibus autem a sociis, qui mediterrarea loca incole-bant, accitis, nisi a multitudine hostium circumveniren-tur, quum lorica indui et alioquin egregii essent equi-tes, non sine successu Thraces aggrediebantur; sed mox ob infinitum hostiliom equitum numerum hinc quoque de-sistere coacti sunt. Verum quum Athenienses loco classis et exercitus dona et legatos ei mitterent, ad Perdiccam verba facere coepit Sitalces de iis, quorum caussa bel-lum ipsi intulerat, partemque copiarum in Chalcidenses et Bottiacos misit, quibus in muros compulsis, agrum vastabat. Horum autem in sinibus quum versaretur, Thessali, Magnetes ceterique qui in Thessalorum ditione erant et omnes usque ad Thermopylas Graeci, ne in eo quoque castra moveret, timebant atque ut illi resisterent, arma parabant<sup>77)</sup>. Thraces quoque Trausstrymouii, Pa-

---

75) Thuc. II, 99.

76) Id. I, 58.

77) Ingentem (*αξιόλογον*, quo eodem vocabulo autem Sitalcis copias desinierat) exercitum eos parusse, ait Diodorus l. c. Thucydides nil nisi: *εν παρασκευῇ ησαν*. Eodem modo nihil novi adiiciens, quae apud Thucydidem legerat, in maius extolbit; apud eum peditum numerus centum viginti millia



naei, Dersaci. Droi et Odomanti de se idem metuerunt. Quorum autem Graecorum animi Atheniensibus erant infesti, hi Sitalcen ab illis in se quoque duci dispergabant 78).

Sitalces interim Chalcidensibus, Bottiaeis et superiori Macedoniae 79) imminebat, eorumque fines vastabat; eorum autem, quorum caussa bellum suscepserat, nihil ei ad sententiam successit; itaque quum etiam commeatu carerent copiae et magnas secum afferret hiems molestias, facile ei persuasit Seuthes, ut celeriter abiret. Qui Seuthes filius erat Sparadoci, fratri Sitalcis, et post ipsum Sitalcen, mortuo ut videtur Sadoco, omnium potentissimus. Quo cognito illum corrumpere conabatur Perdiccas eique sororem suam cum egregia dote in matrimonium promisit deditque. Quod quum illi contigisset, Sitalces, quum triginta in universum dies commoratus esset, octo in Chalcidensibus, agmen suum quam potuit celerime reduxit.

Talis fuit eventus terribilis huius expeditionis, quae,

---

conficit; eodem certo referenda est Sitalcis morum effictio, qua Gaius quidem (l. c. 354 seqq.) ut vera utitur; eodem quae de tributis dicit; eodem, quod rumor ille, quem dispergebant, apud eum non amplius rumor, sed verum Sitalcis est consilium.

78) Gaius l. c. p. 359. verso nostro loco ita pergit: „Ainsi voilà Sitalcès accusé, lorsque l'Histoire devrait nous le représenter comme l'accusateur de la perfide Athènes.“ Ego mihi sat egisse video exscriptis auctoris verbis his: *ξπι τοὺς τῶν Αθηναίων πολεμίους Ἑλλήνας*, unde apparet, Atheniensium existimationi nocere voluisse Graecos illos, non Sitalcis. Ceterum neque versionem: „Que ceux qui avaient été attirés par cette république elle-même pourraient bien finir par marcher contre la Grèce“ accuratam esse, quislibet videt.

79) *ἐπέχων* imminens; nam *ἐς τὴν Βοιωτίαν καὶ Ηιεράν* οὐκ αὐτίκετο c. 100.



si pro missis stetissent Athenienses, totius belli Peloponnesiaci exitum alio vertere poterat. Athenienses enim si Sitalce adiutore Chalcidenses et Bottiaeos ad officium redire coëgissent, Perdiccamque regno expulissent et Amyntam, amicum suum, regem Macedonum instituissent: vix dubium est, quin superiores ex toto bello discessissent. Numquam enim his in regionibus, unde res suas labefactatas restituerent, invenisset Spartani; Athenienses illis devictis vires suas in unum locum conferre potuissent, summa cum successus spe.

Sed quaenam erat caussa, quod socium suum sidemissimum suique amantissimum<sup>80)</sup> deseruerunt Athenienses? Ait Thucydides, eos non credisse, illum venturum esse<sup>81)</sup>; at enim ducem illi miserant, legatosque apud eum invenimus. Aristophanes deinde, si scholia stae fides habenda est, Athenienses a Sitalce dicit deceptos<sup>82)</sup>. Sed quanam ratione, quaeso, illos decepit Sitalces, qui non solum copias misit, sed vel ipse cum copiis Atheniensibus succurrit? An vero innuere vult Aristophanes, perspexisse Athenienses, Sitalcen quae expugnaturus erat retenturum? At Hagnon Atheniensis cum in Chalcidicen, quam eius opera Athenienses denuo sibi subiicere cupiebant, ipse omnium quae agebat Sitalces custos perducebat. Gaius denique<sup>83)</sup>, inverso ordine, Athenienses «ignavae et astutae» iudicat sonentes «rationis politicae»; at quomodo haec ipsis ratio profuerit, non demonstravit vir doctissimus. Neque in explicanda hac re secretis illis conditionibus, qualescumque fuerint, quas cum Perdicca iniit Sitalces, meo quidem iudicio vis ulla tribuenda est; tum

80) Et patrem et filium tales depingit Aristophanes Acharu. v.  
142—150.

81) ἀνιστοῦντες αὐτὸν μὴ ὕξειν c. 101.

82) Schol. l. c. v. 146 οἱ Αἰατονοῖων: χαρέντιως· ως έξαπα-  
τημένων τόν Λαόν γνωστῶν.

83) l. c. pag. 361.



enim, quum, ut, quae sibi promisera! Perdiccas, ab illo extorqueret, profectus est Sitalces, contra illum agmen eduxit; neque optabilius quidquam Atheniensibus cadere potuisset, quam ut Perdiccae vires frangerentur, Philippus sive filius eius Amyntas, quo cum amicitia et foedere coniuncti erant, in eius locum succederet.

Suspicio igitur, caussam huius rei positam esse in Periclis obitu, qui in idem tempus incidit. Neque id mirum; nam quamquam verbo quidem per populum omnia gerebantur, re peaces illum fuerat principatus<sup>84)</sup>; illi permiserant Athenienses<sup>85)</sup>, turbium tributa ipsasque adeo urbes, quas sive servas redderet, sive in libertatem restitueret, foedera, opes, vires, pacem, opulentiam, fortunasque omnes. Neque per breve temporis spatium rei publicae praefuerat, sed per quadraginta integros annos<sup>86)</sup>. Non igitur mirum esset, si talis viri obitu, qui revera rei publicae rector fuerat, vel bene constituta et temperata turbata esset civitas, nedium mobilis ac dissoluta Atheniensium. Atque profecto, postquam eum semel in breve tempus a re publica removerunt<sup>87)</sup>, id quod factum est post Epidauriam eius expeditionem, media ferme aetate anni 430, confessim, caeca animi affectione ducti, Lacedaemoniorum legatos, a Sadoco sibi traditos, indicta causa necarunt<sup>88)</sup>.

---

84) Thuc. II, 65.

85) Teleclides apud Plut. v. Pericl. c. 16. Thuc. I. c. *ζαι πάντα τὰ πράγματα ἐπέτρεψαν*.

86) Quadraginta in universum annos rei publicae rectorem fuisse Periclem, inde statim colligitur, quod Thucydides ille, quo oppresso et expulso non minus quindecim annos principatum obtinuisse dicitur, iam antea inter ceteros eius aemulos commemoratus est; inspicias Clinton. ad a. 429.

87) Thucyd. II, 56—59. 65. Plut. I. c. c. 35.

88) Id autem quin in idem tempus incidat, dubium non est, quum iudicium illud de legatis a Thucydide statim post Epidauriam Periclis expeditionem narretur.



Obiit autem Pericles duos annos et sex menses<sup>89)</sup> post initium belli Peloponnesiaci, quod quidem initium accuratissime definit Ullrichius<sup>90)</sup>, cuius vestigia nos grato animo prememus.

Exortum autem bellum illud indicat Thucydides, Archidamo rege Lacedaemoniorum in Atticam irrumptente, anno Olymp. LXXXVII, 2. medio Julio mense anni 431<sup>91)</sup>. Hinc si triginta menses descendimus, in mensē Januarium anni 428 incidimus. At idem docuit Ullrichius, quae tribus mensibus anni primi, bello ipso nondum exerto, facta sint, ea Thucydidem cum ipsa de bello narratione coniungere. Quum autem in universum ex naturali anno, quem in aestatem et hiemem dividit, res gestas computet auctor, ita ut secundae aestatis initium idem illi et secundi anni sit initium<sup>92)</sup>: nos potius totam primi anni aestatem, i. e. etiam breve illud tempus, quod Thebanorum invasioni antecedit, primo belli anno ab illo annumerari arbitramur. Consiciebatur autem vernum aquinoctium, a quo aestas incipiebat, belli Peloponnesiaci quidem temporibus secundum Ullrichium vicesimo sexto die mensis Martii; hinc igitur profecti si sex illos menses digerimus, mortuus est Pericles exeunte Septembri mense<sup>93)</sup> anni 429, ni forte etiam prius; nam sex menses quum dimidium anni consitant, vix arbitror accurate locutum esse Thucydidem. Tum autem hoc iam referendum censuerim, quod naves, quas Phormioni missuri erant Athenienses, ante a Cretam appellero iusserrunt<sup>94)</sup>,

89) Thucyd. II, 65. Επεβίω δὲ (τῷ πολέμῳ) δύο ἔτη καὶ εἴ μῆρας.

90) Quæstiones Aristophanæ. Spec. I. edit. 2. Hamb. 1839. pag. 4 seqq.

91) Apparet id coll. Thuc. II, 2 et 19.

92) II, 47. καὶ διελθόντος αὐτοῦ (τοῦ χειμῶνος) ἡρώτον τοῦ πολέμου τοῦδε ἐτέλευτα ἔτος.

93) Vid. Clintonum ad a. 429.

94) Thuc. II, 85.



exiguī commodi caussa, qnm res capitalis i.e. navalis periclitaretur. Sed tempus, quo Lacedaemonii Acarnanibus bellum intulerunt, quoque Corinthios navali proelio vicit Phormio Atheniensis, accurate definiri vix potest<sup>95</sup>).

Quod autem Peloponnesii, quamquam iterum navalı proelio victi, hieme ineunte ipsum Athenarum portum, Piraeum, opprimere<sup>96</sup>) ausi sunt, id sine dubio cum Periclis obitu, post quem nemo tantam adeptus est potentiam, ut solus<sup>97</sup>) civitatem regeret, quodam modo cohaeret.

Atque ὅτοις αὐτοῖς ξρόνον<sup>98</sup>), in quos callidum hoc et periculosum Peloponnesiorum consilium incidit, Sitalces, fidem suam Atheniensibus soluturus, copias movit. Iam omnia plana fiunt ac dilucida. Pericles Hagmonen illum, virum huius regionis peritissimum<sup>99</sup>), legatosque ad eum misit; iisque, insciis fortasse Atheniensibus, ut Sitalci naves et auxilia premitterent, man-

---

95) *ἀχμάζοντος τοῦ στρού* (II, 79) medio Iuli, Athenienses Chalcidensibus bellum inferunt; agrum vastant; hostes subsidia Olyntho accessunt; Athenienses vincuntur; Potidaeum fugiunt; mortuos ὑστερον tollunt et tum demum Athenas redeunt; οὐ πολλῷ ὑστερον τούτον expeditio illa in Acarnanes (II, 80—82) et περὶ τὰς αἰγαὶς ἡμέρας τῆς έν Στρατῳ μάχης proelium navale (II, 83. 84); haec igitur in ineuntem Septembrem niensem videntur incidere; tum postquam de pugna navalı certiores redditi sunt Lacedaemonii, iterum navibus conligere iubent, et Phormio Athenas de auxilio mittit; alterum hoc proelium, postquam septem dies in ancoris constiterunt (c. 86), incidit in exeuntem Septembrem: καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα (c. 92).

96) Thuc. II, 94. ἀρχομένου τοῦ χειμῶνος.

97) Id. II, 65. οἱ δὲ ὑστερον ἵσοι αὐτοὶ μᾶλλον πρὸς ἄλληλους δύτες καὶ ὀρεγόμενοι τοῦ πρώτος ἔκιστος γίγεσθαι. κ. τ. λ.

98) Id. II, 95.

99) Amphipolin coloniam deduxit vid. annot. 49. Potidaeum oppugnarat II, 58. exente Maio 430. vid. c. 47. 57.



davit; nam qua erat auctoritate, dubium non erat, quin, ubi tempus cives consulendi adesset, quæ vellet, ab iis impetraturus esset. Non erat igitur cur timeret, ne promisso stare non posset. Itaque ne hic quidem partium studio tenetur Thucydides<sup>100</sup>), quippe qui recte dicere potuerit, Athenienses ἡπιστηγέναι αὐτὸν μὴ ἤξειν. Ea enim de re solus Pericles certior factus erat, quam quo minus cum civibus communicaret, mors ei impedimento fuit.

Sed licet Athenienses ipsi auxilia Sitalci decreverint et promiserint, Pericle tamen vivo et auctore id fecerunt atque ita factum esse potest, ut post eius mortem, de progressu eorum, quae cum Sitalce egerat, parum accurate edocti, qua erant levitate, de tota Sitalcis expeditione dubitare inceperint. Audimusne apud Aristophanem Dicaeopolin illum, etiam postquam legati Sitalcen ipsum cum magno agmine Atheniensibus auxilio venturum certo affirmarunt, iurantem, se nihil eorum credere<sup>101</sup>). Aristophanes autem meo quidem iudicio irridet Athenienses, quod sincerum Sitalcis et Sadoci in se amorem sibi persuadere non potuerint, quodque semper ne haec tota expeditio ab illo sicta sit, timuerint; id quod non solum Dicaeopolin dicentem inducit, sed etiam legatorum oratione inuit; verbum enim Αιατούγιων horum quoque nobis sententiam aperit, Sitalcen scilicet Athenienses decipere et expeditionem illam suscepturum non esse. Atque haec mea sententia optime poëtae verbis congruit: nam dum ἀιλάρτας ἐξ Αιατούγιων devorat Sadocus, tum ipse patrem rogal, ut patriac suæ succurrat, tum Sitalces se filio satisfactum esse iurat. De solo igitur proſigis-

100) Gaius l. c. p. 358: «partial dans ce seul récit de toute son histoire» vid. pag. 360.

101) Aristoph. Acharn. v. 151:

ζαχίσι' απολογηγή, εἴ τι τούτων πειθομαι,  
ῳδὲ εἰπας ἐνταυθοῖ σύ . . .



cendi Sitalcis consilio loquitur poëta, non insidias illas, quas Atheniensibus parare voluerit sive re vera paraverit, respicit: id quod magnopere urgendum est.

Itaque totus hic Acharnensium passus, non minus quam in universum infelix Chalcidiceae Sitalcis expeditio-  
nis eventus Periclem laudibus tollit, Atheniensium levitatem notat.

De Sitalce autem per quinque integros annos nihil accipimus; nam quum foedus, quod cum Atheniensibus inierat, ipse certo solutum iudicaret, Graecis rebus non amplius erat implicatus, ita ut Thucydides, cui solum Peloponnesiacum bellum describere propositum erat, eum silentio prætermittere coactus esset. Mortem autem eius, quoniam tam fortiter in ipsis Graecorum rebus egerat, commemorat 102). Quum enim Triballis bellum intulisset, victus ab his mortuus est, incipiente 103) hieme anni Olymp. LXXXIX, 1, anno p. Chr. natum 424, non vero a Seuthè, Sparadoci filio, interfectus est 104).

---

102) Thuc. IV, 101.

103) I. c. μπὸ τὰς αὐτὰς ἡμέρας τὰς ἐπὶ Δηλίῳ; de quibus c. 89. τοῦ — χειμῶνος εὐθὺς ἀρχομένου.

104) Seuthen hunc Carius, Gaiilius, Flathe aliquique Sitalcis dicunt intersectorem, adducti Philippi, Amyntae filii, epistola (apud Demosth. p. 160), quam ad Athenienses misit, rationem eorum, quae in se commiserint, ab illis requisitus. Postquam enim inconstantiae, quae ipsi visa est, eorum luculentia attulit exempla, sceleraque in se nonnulla memoravit, ita pergit: καίτοι πᾶς ξεῖτι τοῦτ' ἵσον η̄ δίκαιοι, οὐταν  
ὑμῖν συμφέρῃ, πολέμιον εἴραι γάσκειν αὐτὸν τῆς πόλεως.  
Οὐαν δὲ συνοργαντεῖν βούλησθε, πολίτην αὐτο-  
δείξυσθαι τὸν αὐτὸν ὑμῖν· καὶ Σιτάλκον μὲν αὐτο-  
φαγόντος, φῶ μετέδοτε τῆς πολιτείας, εὐθὺς ποι-  
ῆσασθαι πρὸς τὸν αὐτοκτίναγμα φιλίαν, οὐλὲρ δὲ  
Κερσοβλέπιον πόλεμον αἰρεῖσθαι πρὸς ἡμᾶς; Quis iam  
non videt, temere parricidae nomine infamatum esse Seu-  
then? Philippum enim de suis ipsius temporibus agere,  
verbis οἰαν δὲ εμὲ συχ. βούλ. luculentiter comprobatur. Non



Non multo post mortem Sitalcis a summo fastigio deiectum est Odrysarum imperium. Ipsa fortasse illa clades, qua Sitalcen affecerunt Triballi, Seuthisque ava-

---

urgebo enim, quod Sitalces civis Atheniensis factus dicitur, quamvis id ad filium eius, Sadoeum, spectet, quum exsistere possit, qui de consilio ita scripsisse Philippum contendat; neque umquam de Seuthis in Athenienses amicitia audimus, quem Perdiccae potius favisse, veri est simile. Accedit quod Thucydides tantum abest, ut ipse illud memorine mandet, ut sententiam illam impugnare videatur. Nam vivo Sitalce potentissimum post ipsum regem Seuthen suisse resert, explicaturus quasi, qui factum sit, ut illo post patrui obitum rex evaderet; mortem deinde Sitalcis ita narrat, ut nemo, nisi cuius iudicium non amplius liberum est, quin in ipso proelio vel post illud ex vulneribus mortuus sit, dubitare possit; simpliciter denique Seuthen totum Sitalcis regnum suscepisse dicit, quod ex silentio argumentum apud Thucydidem magni iudico momenti. — Seuthes igitur Sitalcen non interfecit; sed fortasse, quemnam dixerit Philippus, invenire possumus. Philippus enim in toto illo passu Teren et Cersoblepten, utrumque Thracum regem, inter se coniungit; utrumque ab Atheniensibus dicit sustentatum; utrumque sibi favere; tum sequuntur quae modo attulimus; iam quum denuo occurrat Cersobleptes, nonne in anonymo illo Teren latere suspicari licet? — Ceterum quod per se periculosum est, propter solam nominum similitudinem viros illos sequi, id inde quisquis sibi persuaderit, quod haec ipsa nomina in Thracia usitatissima erant (Sitalces ille, quem hymnis celebrant Thraeces (Xen. Anab. V, 9, 6), quin idem sit cum nostro, dubito; Gaius nimirum minus pag. 362). Accedit, quod, quae nobis de sequentibus temporibus tradita sunt, tam exilia sunt et tenuia, ut maiores quam in ulla aliis historiae partibus restent lacunae, quas ne explere conemur, prudentia dissuadet. Itaque neque Bruecknero assentire possum, qui in libro suo *König Philippus* init. Cotyn in Sitalcis locum substituit. Cotys praeterea non ab uno, sed a fratribus duobus obtruncatus est; vid. Demosth. adv. Aristocr. pag. 659.



ritia, quae eum impellebat, ut tributa augeret<sup>105)</sup>), inter caussas huius rei sunt referendae. Iam tum fortasse Odrysarum fines vastare coeperunt Triballi<sup>106)</sup>, ita ut Treres et Tilataei Paonicaeque gentes finitimae de defectione cogitare possent; defecerunt Thyni, Melandeptæ et Tranipsae<sup>107)</sup>, quorum sedes infra desinire conabimur, sed hi non primi, verum postquam Odrysarum res labe-factatae iam erant<sup>108)</sup>; defecerunt Melinophagi, qui que Salmydессum tenebant<sup>109</sup>; nam hic quoque tractus eo tempore, quo gentes illas iterum in ditionem redigere studebant Odrysac, suis legibus utebatur<sup>110)</sup>; Getae

105) Thuc. II, 97.

106) Postea ad Abderam usque perveniunt. Vide quae assert G. R. Sievers „Geschichte Griechenlands vom Ende des Peloponnesischen Krieges bis zur Schlacht bei Mantinea“ pag. 223.

107) Xenoph. Anab. VII, 2, 32.

108) Xenoph. ibid. διε τὰ Οδρυσῶν πράγματα ἐνόσησεν.

109) Seuthen Salmydessi planitiem occupantem videmus apud Xenoph. l. c. VII, 5, 1.

110) Id. ibid. c. 3, 16. Hellen. IV, 8, 26. Scuthen, Medosadis filium, quamquam ab ipso Xenophonte semel (Anabas. VII, 7, 22) et a Theopompo (Diodor. XII, 42) regio nomine insignitum, non regem suis, sed Medoci satrapam eiusque imperio obnoxium, satis superque demonstravit Gaius l. c. pag. 384 seqq. apparetque imprimis e septimo libri Anabaseos septimi capite. Aristoteles autem, στρατηγὸν eum. Medoci dicens (Polit. V, 8. pag. 182. edit. Tauchn.), ad tempus, quo eum emisit Medocus (Xenoph. l. c. VII, 2, 32) respexisse videtur. Sitalcen quoque et Seuthen satrapis usos esse negat Gaius l. c. p. 392, neglecto Thucydide (II, 97), qui Sitalci et Seuthi tribuit παραμυθεύοντας. Neque video, a quoniam institutos velit Medosaden, cuius conditionem candem, quam filii, sive etiam magis obnoxiam suis, apparet; et Teren, qui regionis supra Salmydессum sitae erat ἄρχων (Xenoph. l. c. VII, 5, 1). Valebat igitur etiam sub prioribus Odrysarum regibus hoc satrapiarum institutum.



deinde, ut videtur; Seuthes enim ὁ ἐπὶ Θαλάττῃ ὕδωρ dicitur<sup>111</sup>), quod fieri non poterat, si Getae tunc quoque satrapiam consecissent; idem de Sapaeis statuit Gatterer<sup>112</sup>). Odrysarum igitur regnum tum solos Odrysas amplexum esse videtur.

Postea quidem Medocus emisso Seuthc denuo, quamquam non vastum illud, quod Sitalces, tamen tantum sibi paravit imperium, ut inde a mari usque ad eius domicilium duodecim dierum esset iter<sup>113</sup>). Sed vel huius regis opes iterum senescere incipiebant<sup>114</sup>), ita ut Seuthes illi bellum inferre non dubitaret.

---

111) Gatterer l. c. V, pag. 82: „Id unum hic addo, quod vero iam notum est, Sapaeorum nomen posteris temporibus celeberrimum suisce, quia Odrysarum imperium tunc dividebatur in regnum Odrysicum s. superius et Sapuicum s. inferius: Sapaei nempe imperio Odrysarum maritimam oram subtraxerunt, ex eaque regnum singulare formarunt. (Addo VI, pag. 60, 78). Quod unde hauserit, nescio, fortasse ex Appiano (Bell. Civ. IV, 103 seqq.) quamquam id incidit in tempora multo posteriora. Gaius l. c. p. 377. Gattereri sententiam sequitur.

112) Xenoph. Anab. VII, 3, 16.

113) Aristot. Polit. l. c. Σεύθης δὲ Θράκης Αμαδύζου στρατηγὸς ὦν.

114) An quae de Cyro dicit Aristoteles l. c. ad Seuthen quoque pertinent?



## II.

### De ambitu imperii Odrysarum rege Sitalce.

Ambitum imperii Odrysarum universum primum ita definit Thucydides, ut linea ducta ab Abdera ad Istri usque ostia, omnia quae interiacent usque ad Pontum Euxinum ab eo contineri dicat<sup>115)</sup>. Est autem Abdera is imperii terminus, qui omnium maxime in Africum, Istri contra ostia, qui omnium maxime inter septentriones et orientem situs est. Alteram deinde a Byzantio usque ad Laeacos et Strymonem fluvium dicit lineam. Quum vero Byzantium omnium maxime orientalis sit terminus, Laeacos et Strymonem omnium maxime occidentalem fuisse exspectes. Atque id disertis verbis pronuntiat scriptor<sup>116)</sup>, ubi a Byzantio longissimum a mari tractum in loca mediterranea esse ait; at repugnare sibi videtur, quippe qui Treres et Tilataeos<sup>117)</sup>, quorum sedes in Scomio monte collocat, πρὸς δύσιν usque ad Oscium

---

115) II, 97. Ή ἀρχὴ ἡ Οδρυσῶν ἐπὶ μὲν θάλασσαν καθήκουσα  
ἀπὸ Αβδήρων πόλεως ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον τὸν μέχρι<sup>115)</sup>  
Ἰστρου ποταμοῦ· αὐτῇ περίπλους ἡ γῆ — ὅδῷ δέ . . .

116) Ibid. ἐς ἥπειρον δὲ ἀπὸ Βυζαντίου εἰς Ααιαῖους καὶ ἐπὶ<sup>116)</sup>  
τὸν Σιρυμόνα (ταῦτη γὰρ διὰ πλείστου ἀπὸ θαλάττης ἄνω  
ἔγεγνετο) κ. τ. λ.

117) c. 96. οἰκοῦσι δὲ οὗτοι πρὸς Βορέαν τοῦ Σχομίου  
δρους καὶ παρήκουσι πρὸς ἥλιον δύσιν μέχρι τοῦ  
Οσκίου ποταμοῦ.



fluvium procurrere dicit; nam Strymonis quoque fontes in Scomio monte ponit 118). Sed gentes illae quum boreale Scomii montis fastigium teneant fluviusque Oescus item inde proficiscatur: in orientem versus a fontibus Osci habitarint necesse est. Atque hos quoque quam Strymonis magis in eandem regionem quaerendos esse, si tabulam geographicam inspiceris, primo obtutu disces; Tilataci igitur et Treres a mari non longius recedebant, Thucydidisque verba rata fiunt, dummodo mare, unde profectus sit; hic non amplius sinum Byzantium statuamus, sed totum Pontum Euxinum, id quod eo facilius facere licet, quum antea mare et Pontus Euxinus Thucydidi eadem sint 119). Quae autem austrum versus sequebantur Odrysis obnoxiae gentes, eas magis in orientem vergisse, inde appareat, quod qui Strymonis ripam orientalem incolebant, sui iuris erant, id quod infra videbimus. Iam quaeritur, quasnam Paeonicas gentes amplexum sit Odrysarum imperium. Sunt illae Agrianes, Lacaci aliaeque usque ad Strymonem fluvium 120): quae autem occidentem versus sequebantur, i. e. occidentalem Strymonis ripam tenebant 121): eae suis legibus vivebant; inter quas Graecos resert auctor, dicens: καὶ ἔσχα-

118) Ibid. ὃς ἐκ Σχοιτὸν ὄρους διὰ Γραετῶν καὶ Λαιατῶν ἐτ.

119) Ἐπὶ θάλασσαν — τε τὸν Εὐξείνον πόντον; paullo post τὰ μὲν πρὸς θάλασσαν τοσαύτη ἡνὶ δοξῇ.

120) c. 96. αὐταῖς δὲ καὶ Ἀγριανας καὶ Λαιανους καὶ ἄλλας ὅσαι ἔθνη Ιανονικὰ ὡν ἡρχεν καὶ ἐσχαιοι τῆς ἀρχῆς οὐτοι ἡσαν μέχρι Γραετῶν Παιόνων καὶ τοῦ Σιγριμόρος ποταμοῦ (annot. 118) οὐδὲ φέτο ἡ ἀρχὴ τὰ πρὸς Ιανονας αὐτονόμους ἦδη.

121) Ita mihi videtur interpretandum ἡδη, quamquam id non spatium, id quod Gaius pag. 373. contendit, sed, ut semper, tempus indicat: relictis his ad eos iam pervenies Paeones, qui sui iuris suunt; simile est υπερβάντι Αἴμονι et alia huiusmodi.



## II.

### **De ambitu imperii Odrysarum rege Sitalce.**

Ambitum imperii Odrysarum universum primum ita definit Thucydides, ut linea ducta ab Abdera ad Istri usque ostia, omnia quae interiacent usque ad Pontum Euxinum ab eo contineri dicat<sup>115)</sup>. Est autem Abdera is imperii terminus, qui omnium maxime in Africum, Istri contra ostia, qui omnium maxime inter septentriones et orientem situs est. Alteram deinde a Byzantio usque ad Laeacos et Strymonem fluvium ducit lineam. Quum vero Byzantium omnium maxime orientalis sit terminus, Laeacos et Strymonem omnium maxime occidentalem fuisse exspectes. Atque id disertis verbis pronuntiat scriptor<sup>116)</sup>, ubi a Byzantio longissimum a mari tractum in loca mediterranea esse ait; at repugnare sibi videtur, quippe qui Treres et Tilataeos<sup>117)</sup>, quorum sedes in Scomio monte collocat, οὐδὲ δέσιν usque ad Oscium

115) II, 97. Ἡ μόχη ἡ Οδρυσῶν ἐπὶ μὲρ ταῖς στάσεσσιν καθίζεται ἀπὸ Αἰγαίου πόλεως ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον τὸν μέχοι τοιρου ποταμοῦ· αἵτις περίπλοις ἡ γῆ — οὐδὲ δέ . . .

116) Ibid. ἐς ἄπειρον δὲ ἀπὸ Βεζαντίου εἰς Ασιατούς καὶ ἐπὶ τὸν Σιρμένα (ταύτη γὰρ διὰ πλείστου ἀπὸ θαλάσσης ἄρις ἐγένετο) χ. τ. 2.

117) c. 96. οἰκοῖσι δὲ οὐτοις πρὸς Βορέας τοῦ Σχοινίου δρους καὶ παρέχοντι πρὸς φίλιον δέσιν μέχοι τῷ Όστρει ποταμοῦ.



fluvium procurrere dicit; nām Strymonis quoque fontes in Scomio monte ponit 118). Sed gentes illae quum boreale Scomii montis fastigium teneant fluviusque Oscus item inde proficiscatur: in orientem versus a fontibus Osci habitarint necesse est. Atque hos quoque quam Strymonis magis in eandem regionem quaerendos esse, si tabulam geographicam inspexeris, primo obtutu disces; Tilataei igitur et Treres a mari non longius recedebant, Thucydidisque verba rata fiunt, dummodo mare, unde profectus sit, hic non amplius sinum Byzantium statuimus, sed totum Pontum Euxinum, id quod eo facilius facere licet, quum antea mare et Pontus Euxinus Thucydidi eadem sint 119). Quae autem austrum versus sequebantur Odrysis obnoxiae gentes, eas magis in orientem vergisse, inde apparet, quod qui Strymonis ripam orientalem incolebant, sui iuris erant, id quod infra videbimus. Iam quaeritur, quasnam Paeonicas gentes amplexum sit Odrysarum imperium. Sunt illae Agriane, Lacaci aliaeque usque ad Strymonem fluvium 120): quae autem occidentem versus sequebantur, i. e. occidentalem Strymonis ripam tenebant 121): eae suis legibus vivebant; inter quas Graecos resert auctor, dicens: καὶ ἔσχα-

118) Ibid. ὁς ἐκ Σχοιτού ὑρους διὰ Γραιεων καὶ Λαιατων ἔει.

119) Επὶ θάλασσαν — ἐς τὸν Εὐξείνον πόρτον; paullo post τὰ μὲν πρὸς θάλασσαν ιοσαύτη ἡνὶ ἡ ἀρχή.

120) c. 96. ἀνταῖη δὲ καὶ Ἀγριάνας καὶ Λαιατος καὶ ἄλλα ὅσα ξθνη Ηαιονικὰ ὡν ἡρχεν καὶ ἔσχαιοι τῆς ἀρχῆς οἴτοι ἡσαν μέχρι Γραιεων Παιόνων καὶ τοῦ Σιρμόνος ποταμοῦ (annot. 118) οὐδὲ φετειο ἡ ἀρχὴ τὰ πρὸς Ηαιονας αὐτονόμους ἦδη.

121) Ita mibi videtur interpretandum ἡδη, quemquam id non spatium, id quod Gaiilius pag. 373. contendit, sed, ut semper, tempus indicat: "relictis his ad eos iam pervenies Paeones, qui sui iuris suuta; simile est υπερβάντι Λίμον et alia huiusmodi.



τοι τῆς ἀρχῆς οὗτοι (Agrianes cet.) ἡσαν μέχρι Γραιάιων Ιλαιώνων. Sed quum modo Graacos liberos, Laeacos contra Odrysicos dixisset, paullo post, ubi Strymonem, quem fluvium plus semel imperii terminum dicit, per medios Graacos et Lacacos fluere ait<sup>122)</sup>), Graacorum partem Odrysicos, Lacacorum liberos fuisse significat. At succurrit nobis, quae nodum expedit, discrepans scriptura. Vulgata enim quum haec sit: *καὶ εὐγάτοι τῆς ἀρχῆς οὗτοι ἡσαν μέχρι Γραιάιων*: alia eaque quattuor codicibus probata perhibet: *μέχρι Γραιάιων καὶ Λαίανων*, quam scripturam Gatterer quoque et Gaius sequuntur. Itaque quum hacc nobis scriptura et liberos et Odrysicos exhibeat Lacacos, quorum illi scilicet occidentalem Strymonis ripam, hi orientalem incolebant, eodem modo partem Graacorum sui iuris, partem Odrysos subiectam fuisse appareat<sup>123)</sup>). Quod autem Graacorum eam partem, quae in ditione Odrysarum erat, non nominavit auctor, id inde arbitror repetendum esse, quod extremas tantum gentes afferre voluit. Agrianes enim omnium Paeonum maxime boreales fuisse, statim videbimus; Laeacos autem magis certe quam Graacos in meridiem vergisse, ipse docet Thucydides, qui Strymonem fluvium inde ab originibus per Graacos et Laeacos fluere, imperiique fines esse dicit in Agrianibus et Lacacis usque ad Graacos et Lacacos, non inverso ordine ad Laeacos et Graacos. Iam id quoque afferre licet, Byzantium non solum omnium maxime orientalem esse terminum, sed etiam eum, qui omnium maxime inter austrum et orientem situs est, ita ut apparcat, Thucydidem significare voluisse Lacacos quoque, ad quos a Byzantio lineam

122) Vide annotat. 118.

123) Gatterer: in libro, qui inscribitur *Commentationes de Herodoti ac Thucydidis Thracia tres* (insunt in commentat.

. soc. Gotting. 1782. Tom. IV. V. VI.) Tom. VI, pag. 42. de Graacis, Gaius p. 380. de iis et de Lacacis idem statuerunt.



ducit, quosque omnium maxime occidentales fuisse vidimus, occidentalium quoque omnium maxime australes fuisse. Agrianes autem continuo excipiebat Treres Tilataeique, nam et illi 124) et hi 125) Scomium montem habitasse et Triballorum sinitimi dicuntur. Sed quum Triballi, solo Oscio fluvio a Treribus Tilataeisque disiuncti, suis ute- rentur legibus, hi contra in Odrysarum ditione erant. Fines autem eorum, quos in orientem vergere demon- stravimus, quin usque ad Istrum, in quem incidit Oscus ille, procurrent, recte dubitasse videtur Gaius 126). Caussam quidem, quam assert, refutasse nobis videmur: fines scilicet imperii, si eo usque pertinuissent, a mari magis magisque recedere; appropinquant enim mari po- tius magis magisque, Ponto Euxino. Tamen alia ex caussa idem statuerim. Nam quamquam boreale fasti- gium montis Scomii tenebant, tamen quum μέχρι τοῦ Οσκίου πρὸς δύσιν, non πρὸς βορέαν, neque μέχρι τοῦ Ἰστρου ποταμοῦ eos pertinuisse dicat Thucydides, vix multum a Scomio monte eos recessisse arbitror. Accedit quod ubi Getas in Odrysarum potestate fuisse dicit, eas solas addit gentes, quae ἐντὸς τοῦ Ἰστρου ποταμοῦ πρὸς Θάλασσαν μᾶλλον τὴν τοῦ Ευξείνου πόντου incoluerint 127): non erant igitur sub corum imperio, quac longe recedentes

124) Steph. Byzant. *Αγριαι, έθνος Πατοντας μεταξύ Αΐμου καὶ Ροδόπης. λεγονται καὶ Αγριάνες;* illis Scomium montem significari, addisces a Mannertio l. c. pag. 4. 10. 17. — Strabo VII, 7. pag. 108. *Τριβαλλοὶ μὲν Αγριάνων μέχρι Ιστρου καθήκοντες;* (cf. Plin. IV, 17.). Erant igitur Agri- anes omnium maxime boreales.

125) Vid. annot. 117 et quod ad alterum, c. 96: τὰ δὲ πρὸς Τριβαλλοὺς καὶ τούτους αὐτονόμους Τρηρες ὥριζον καὶ Τιλαταῖοι.

126) Gaius l. c. pag. 378. 379.

127) Vid. init. capit. 96, Gaius p. 368. solo κατψηντο maiis accolas significari annotat.



a mari ad australem Istri ripam sedebant. <sup>Gallus</sup><sup>128)</sup> quidem plane aliter quae modo attulimus verba interpretationis est: gentes scilicet, quarum sedes in ea regione fixae erant, quia Ister subito in boream cursu directo tandem in orientem procuruit angulumque describit: <sup>et</sup> <sup>129)</sup> enim, quo utitur Thucydides vocabulo, sine dubio interpretari volebat vir sagacissimus: at illud nihil aliud quam alteram fluminis ripam indicat, hincque solam quae Thraciam spectet Istri ripam significari. inde cognoscimus, quod a Sitalcis domicilio proficiuntur Thucydides <sup>130)</sup>. Illa igitur Thucydidis verba quoniam Treres Titataeosque in ipsius Scenium montem et in eam regionem, quae illi proxima est (forsitan etiam in Haemi montis partem) relegant, tum quinque ad ceteras huius inter Haenum et Istrum tractus gentes, utrum Odrysae sint annumerandae an liberae censendae, magni sunt momenti. Quoniam enim negari vix possit, quoniam Getae aliaeque finitimae gentes in Odysuarum ditione fuerint, etiam Haemi incolas nonnullos eodem referendos esse, per quos via ad illos patuerit: tamen ab his certe, quae longius ab Haemo recedunt, nobis distendendum erit, impote quā sui fuerint ius. Neque ulti Haemi incolae inter omnes, quas affert Thucydides gentes, commemorantur. Getar <sup>131)</sup> autem et aliae nonnullae usque ad Istri osia gentes, Crubyzi fortasse et Terizi <sup>132)</sup>, in Odysuarum imperio confinebantur.

128) Gallus l. c. pag. 370.

129) Vide K. O. Muellerius: *Über die Macedonen* pag. 15. anno 1855, ubi locis Herodoti VI, 44. *Iris Macedonias* explicatur. Ac si forte situt *iris* *Airus* (l. 28) ita sicut *iris* *Tarpi* apud Herodotum occurreret, quo modo illa interpretari velut Gallus? Herodoto enim ex natura quidem est Istri illi angulus; sed plane aliter cursum eius cognitiose concipit; inspicit Niebuhrum: *Über Herodotis Geographie* l. c. p. 336.

130) Thuc. II, 56. 58.

131) cf. infra pag. 39.



Occidentales hi fines et septentrionales; minus facile australes et orientales descripseris; incidis enim in oram maritimam, quae omissis Graecis coloniis impleta<sup>132)</sup> an aliqua saltem ex parte et quanam barbarorum imperio subiecta fuerit, quaeritur. Thucydides, in enumerandis Seuthis redditibus id solum annotat, Græcas quoque urbes ei tributarias fuisse<sup>133)</sup>). In describendis deinde ad mare versus finibus ab Abdera initio facto usque ad Istri ostia porrigi dicit Odrysarum imperium. Ex quo statim colligitur, oram maritimam inde a Strymone fluvio ad Abdaram usque Odrysis neque subiectam neque tributariam fuisse. Quod multis confirmari vix opus est. Laeaeis enim illis, quos supra omnium maxime occidentales Paconumque australes ab Odrysis subactos esse demonstravimus, gentes αὐτόνομοι<sup>134)</sup> erant contiguæ, Dersaei, Droi, Odomanti et Panaei, ita ut quum Laeaeorum fines Dersaei attingerent, hos exciperent Droi, tum Odomanti sequerentur, Panaei denique prope Amphipolin habitarent. Namque Thucydides, qui quum Sitalces in Chalcidensibus et Bottiacis versaretur, illos boream versus orientalem Strymonis ripam incoluisse dicit, Panaeos primos inducit. Qui quum Stephano teste<sup>135)</sup> οὐ πόλις Ἀμυριπόλεως habitarint, ordinem quendam servasse videtur Thucydides. Atque hos quidem disertis verbis liberos

132) Strabo VII, 7. pag. 118.

133) Thuc. II, 97. φόρος τε ἐξ πάσης τῆς βαυβάρου καὶ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων χ. τ. λ.

134) Thuc. II, 101. ἐφοβήθησαν δὲ καὶ οἱ πέραιν Στρυμόνος περὶ βορέων Θρησκειῶν, δοσοι πεδίαι εἰχον, Ηλαῖοι καὶ Οδόμαντοι καὶ Δρῶοι καὶ Δερσαῖοι· αὐτόνομοι δ' εἰσὶ πάντες. Quod igitur Odomantos ut Odrysicos recenset Aristophanes (Acharn. v. 153—156) nulla est auctoritate atque inde interpretandum, quod Athenienses eo tempore cum Odomantis coniuncti erant, vide Thuc. V, 6.

135) Steph. Byzant. τ. Παναιτοί, ἔβρος Ἡμαρικόν, οὐ πόλις Ἀμυριπόλεως.



vocat scriptor, Odomantorum quoque regem affert<sup>136)</sup>). Panacei autem Edonorum sunt<sup>137)</sup> gens, validissimi olim Thraciae populi. Nam quum Mygdoniam<sup>138)</sup> quoque ternerent, ibique urbes possiderent, quarum unam Stolam Stephanus affert<sup>139)</sup>: hinc a Macedonibus expulsi<sup>138)</sup>, tamen etiam Herodoti aetate fines eorum multo latiores fuisse atque usque ad regionem Nesto anni vicinam uno tenore porrectos, paucis iuvat exponere. Quem ad finem Xerxis inde ab urbe Abdera usque ad Strymonem fluvium iter, quod accuratissime descriptis Herodotus<sup>140)</sup>, persequemur.

### Disputatur de finibus Edonorum.

Peragratis Paetis, Ciconibus, Briantibus et Bistoni- bus, quorum fines infra accuratius definiemus, ad Sapæos peruenit Xerxes. Quos ad Nestum haud procul ab Abdera incoluisse tum ex hoc Herodoti loco, tum ex Strabone demonstravit Gatterer<sup>141)</sup>. Hos excipiebant Dersaei<sup>142)</sup>, quibus relictis Edonorum fines intravit Xerxes. Hinc autem Strymonis ripam, quam eosdem Edonos tenuisse notum est, satis longe remotam esse, quas itinere suo alias gentes attigit docent, Satrae, Pie-

136) Thuc. V, 6.

137) Edonorum quoque rex commemoratur IV, 107.

138) Thuc. II, 99.

139) Steph. Byzant. τ. Στῶιος πόλις μία τῶν ἐν Θράκῃ βαρ- βαρικῶν, ἃς μετήγεγκαν ἐξ τῶν Ἕδωρῶν οἱ Χαλκιδεῖς εἰς τὰς αὐτῶν πόλεις.

140) Herod. VII, 108. 114.

141) Gatterer l. c. V, pag. 81. 82.

142) Δέριοι Scylacis pag. 276, quae urbs ad Propontidem iacet, ad Dersaeos nostros non pertinere, non est, quod moneam; rectius ad eos retuleris Tzetzi locum (ad Lycophr. v. 450) ubi legitur Ιάραιοι τόπος Αβδήρων.



res, Odomanti, Doberes denique et Paeoplae, Paconiae gentes. Nec tamen omnibus his Edonorum fines interrupti erant. Satras enim alta montium iuga a mari paullo remotiora, boreale Pangaei fastigium et Rhodopae partem, incoluisse, ex tota Herodoti narratione<sup>143)</sup> apparere, Gatterer<sup>144)</sup> iam vidit. Pieres contra ab australi Pangaei montis fastigio ad mare usque pertinuisse, castellorum, quae commemorat scriptor, situ comprobatur, Pergami et Phagretis, quorum hoc maritimum suis Scylax<sup>145)</sup> testatur. Odomanti<sup>146)</sup> autem, Doberes et Paeoplae<sup>147)</sup> omnes Pangaei montis iuga incoluerunt, in planitiem non procurrebant. Solis igitur Pieribus interruptos videmus Edonorum fines; sed id nostrae sententiae minime adversatur; fuerunt enim advenae Pieres, a Macedonibus<sup>148)</sup> sicut Edoni ex vetustis sedibus expulsi. Tempus autem, quo id factum sit, quamquam accurate definiri non potest, tamen, licet Thucydides longe remotum significarit<sup>149)</sup>, Edonis iuniores erant, quippe qui antiquitus his in regionibus sedebant, non Mygdoniam solam tenuerint. Atque id qui sibi persuadere vult, eum ad fabulam de Lycurgo illo eiusque cum Baccho certaminibus relego, quorum campus quasi Pangaeus mons dicitur<sup>150)</sup>. Fines igitur Edonorum, a Strymone fluvio mare sequentes, ad Nestum

---

143) Herod. VII, 110. 111. 112.

144) Gatterer l. c. V, pag. 84.

145) Scyl. pag. 27 a.

146) Herod. VII, 112. Εν τῷ (Παγγαῖῳ) χρύσει τε καὶ ἀργυρείᾳ εὐτάλλα τὰ νέμονται Πίτερες τε καὶ Ὄδόμαντοι καὶ Σάτραι.

147) Herod. VII, 113. ὑπεροικήσασται δὲ τὸ Ηδυγαῖον δρός βορέω αἰγάλου Πατονας, Δύβηρας τε καὶ Ηαιόπλας, παρεξιών. z. τ. λ.

148) Thuc. II, 99.

149) K. O. Mueller l. c. p. 26. annot. 26.

150) Vid. Apollod. III, 5, 1. — Strabo X, 3. pag. 363.



amnem prope accedebant, id quod singulis quoque comprobari potest. Nam quum Novem Viae<sup>151)</sup> ad ipsam Strymonis ripam sitae essent, Datum, et ipsa Edonorum urbs<sup>152)</sup>, haud procul a Nesto iacebat; Myrcinus<sup>153)</sup> deinde inter Amphipolin et Galepsum, unde si paullulum in mediterranea progrederis, Drabescum<sup>154)</sup> venis; Crenides deinde, quam urbem Thasii postea occupaverunt, a Thracibus olim habitatas fuisse, docet Berkelius<sup>155)</sup>. Iam vero quum Datum quoque, quam urbem Edonorum quondam fuisse constat, συροίσιαι dicatur Thasus<sup>156)</sup>, qui Crenides, urbem in occidentem a Dato sitam, quique Scaptesylas tenuerunt, Edonos fuisse, apparet. Eodem modo Amphipolis semper Atheniensium dicitur colonia. Itaque ne nimis audax existimer non metuo, Galepsos quoque et Oesyme, quae semper Thasiorum dicuntur coloniae<sup>157)</sup>, Edonis vindicatis.

Sed ipsos quoque Dersaos, ad quos procurrisse etiam Herodoti aetate Edonos modo vidimus, pro Edonis habere aliquis possit. Namque in plures minores gentes eos divisos fuisse ex Stephano addiscimus, qui Panacos Ἡδωνικὸν vocat εἴρος.

---

151) Herod. VII, 114.

152) Herod. IX, 75.

153) Id. V, 11. 124. Thuc. IV, 107.

154) Thuc. I, 100. Diod. XII, 68. Appian. Bell. Civ. IV, 105.

Ἐκ δὲ τῆς δύσεως (Φιλίππων) πεδίον μέχρι Μουρζίτου τε καὶ Δραβήσκου καὶ ποταμοῦ Στρυμόνος.

155) Berkelius ad Steph. Byzant. v. Κρηνίδες ex Theophrasto de causs. plant. V, 21.

156) τὸ Δάτου, συνώκισεν ἡ Θάσος Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 517. ed. Bernhardy p. 201. Ceterum Datum et Crenides diversas esse urbes, notum est.

157) Thuc. IV, 102. Diod. XII, 68. Steph. Byz. v.



## De Thracum populorum in minores gentes divisione.

Neque id mirum; omnes enim maiores Thraciae populi pro se quisque plures gentes comprehendebant. Ita apud Thucydidem Dii eos complectuntur Thraices, qui Rhodopen aliosque montes incolebant<sup>158)</sup>; ad hos etiam retulerim, Gattererum secutus, Satras Herodoti, Pliniique Bessos<sup>159)</sup>, quorum ipse multa nomina assert, inter quaे erant Diohessi; ita Bithyni, quorum partes commemorat Theopompus<sup>160)</sup> Tranipsas et Ladepsos; ita siue dubio Thyni, quorum in sedibus, quas infra describemus, iam tuū Plinii Caenicos<sup>161)</sup> sive Apollodori Caenos<sup>162)</sup> habitasse, Caenophrurium oppidum testimonio est; ita Getæ; nam quum Crobyzi quoque et Terizi<sup>163)</sup>, illorum finitimi, ἀθανατίζειν dicantur, hos illis annumerare vix dubitabis; obstat quidem, quod Crobyzi ab omnibus, qui eorum mentionem faciunt, a Getis sciunguntur; sed cur non Getarum nomen et toti populo et genti singulari fuisse statuere licet? id quod fulcrum quasi invenit in Stephano, qui Σχιμιάδας dicit ἔθνος σὺν Γέταις, Eudoxum sequi professus, cuius locum assert hunc: Σχιμιάδαι καὶ Γέ-

158) Thuc. II, 96. παρεκάλει δὲ καὶ τῶν δρεινῶν Θρακῶν πολλοὺς τῶν αἰτογόμων καὶ μαχαιροφόρων, οἵ τιοι καλοῦνται, τὴν Ροδόπην οἱ πλεῖστοι οἰκοῦντες.

159) Plin. Nat. Hist. IV, 18.

160) Steph. Byzant. v. Λαδεύποι, καὶ Τρανιψαι, Εθνη Βιθυνῶν. Θεόπομπος διδόῳ Ἑλληνικῶν. Holstenii ad h. l. conjecturam: Εθνη Θυνῶν necessariam non esse, infra videbimus.

161) Plin. I. c.

162) Steph. Byzant. Καινοί, Εθνος Θράκιον. Ἀπολλόδωρος.

163) Etym. Magn. v. Ζάμοιξις, allatum a Berkelio ad Steph. Byz. v. Κρόβυζοι: ἀθανατίζονται δὲ καὶ Κρόβυζοι καὶ Τερίζοι; hos autem a Stephani Τριζοῖς diversos non esse, apparet.



ται 164). Ita porro Astae Strabonis 165), quorum partem fuisse Piastas 166) persuasum habeo. Cicones deinde, quum ab Hebro 167) usque ad Maroneam 168) procurrerint, Briantes 169) certe amplexos esse, statuamus necesse est; iidem, quum Bistonis pater Cicon dicatur 170), Bistones quoque comprehendebant; aliud enim genealogica illa significare nequeunt. Quum vero Bistones secundum alios 171) ad Apsynthum flumen procurrerent, quod a Melane diversum non esse suspicatur Eustathius 172): Bistonum et Ciconum nomen vel promiscue usurpatum esse videtur; nam licet genealogia illa Cicones ut antiquiores inducat, ad Bistones sicut ad Edonos Lycurgus ille refertur 173). Odrysus quoque Bithyni et Thyni dicitur pater 174), ita ut Odrysarum gens Bithynos et Thy-

164) σύν illud idem esse quod πρός, non satis demonstravit Salmasius: sic supra, inquiens, in MS. me legere memini πόλις σύν Κυζίχω, in quo vulgatī habent πρός Κυζίχω.

165) Strabo VII, 6. pag. 111. 113.

166) Steph. Byzant. v.

167) Pompon. Mela II, 2: circa Hebrum Cicones cf. Herod. VII, 110.

168) Id. VII, 106. Μαρωνεῖς μὲν μεταξὺ καὶ Σιρύμης κειμένην Ἰσμαρίδα (Ιμινῆν) quae palus ad Homeri Odysseam nos regocat, ad quam scholia antiqua annotant, Maroneam prius vocatam esse Ismarum. Steph. Byz. Μαρώνεια πόλις Κικορίας.

169) Herod. VII, 108. οἱ δὲ χάρη-Βριαντική· ἔστι μέντος τῷ δικαιοτάτῳ τῶν λόγων καὶ αὕτη Κικόρων.

170) Schol. Apoll. Rhod. II, 706. citatus ab Holstenio ad Steph. Byz. v. Βιστωρία.

171) Dionys. Perieg. v. 566.

172) Eustath. ad h. l. l. c. p. 212. τὸ δὲ ἔθνος οἱ Αψίνθιοι ἀπὸ ποταμοῦ Αψύνθου ζοίκασι κεκλησθαι. Apsinthii autem fluminis Melanis erant accolae.

173) Serv. ad Virg. Aeneid. III, 14.

174) Arrianus ap. Eustath. ad Dionys. Perieget. v. 793. l. c. pag. 252.



nos quondam amplexa putanda sit neque video, quomodo aliter interpretari velis, quod *Odrysus τῶν Θρησκῶν προπάτωρ* <sup>175)</sup> dicitur. Et profecto gentes illae, quae postea severo distinguuntur, sinitimae quondam fuisse videntur. Mygdonorum denique, qui Edonorum erant cognati, — Mygdon enim Edoni dicitur frater <sup>176)</sup> — pars erant Crucisci, a filio Mygdonis Crusieo <sup>177)</sup>.

### Continuatur de finibus Edonorum disputata.

Mirum igitur non esset, si Dersacos quoque Edonorum gentem reperiremus; atque id inde coniicere possit aliquis, quod apud Thucydidem una cum Panaeis illis Stephani commemorantur; at non hi soli sed una cum iis Droi et Odomanti. Odomanti autem minime Edonis sunt annumerandi. Ptolemaeus quidem Odomanticen ab Edonide non distinguit et fuerunt profecto sedes eorum semper haud remotae ab Edonis (nam etiam quum Mygdoniam tenerent Edoni, illi Pallenen incolebant et Sithoniām <sup>178)</sup>), tamen quum Odomantus Edoni dicatur frater <sup>179)</sup>), quum deinde Cleonem a Polle, rege eorum, auxilia arcessentem videamus, Brasidam contra ab Edonis <sup>180)</sup>):

175) Vide Holstenium ad Steph. Byz. v. Θρησκας.

176) Steph. Byz. v. Ἡδωνοι.

177) Steph. Byz. v. Κρονίτης, μοιρα Μυγδονίας. Σιράρον Ιβδόμην.  
*Μυγδονίζης Κρονίδης* (nam sic legendum) αὐτὸς Κρονίδης  
τοῦ Μύγδονος νεοῦ vid. de Cruscis Herodot. VII, 123.  
Thuc. II, 79. Dionys. Halic. I, 35. In mentem tibi velim  
revoce alium Mygdonis silium, Corybum illum vid. Pseudo-  
Eurip. Rhesum v. 540 et Apollod. II, 5, 9.

178) Parthen. Erot. c. 6, ubi Sithon quidam, pater Pallenes,  
rex Odomantorum, commemoratur.

179) Steph. v. Μιστωντα.

180) Thuc. V, 6. id quidem ex turbis Edonorum intestinis (IV,  
108) aliquis repetendum esse censuerit.



propria illi gens et ab Edonis diversa iudicandi sunt. De Drois nil notum; sed quo minus eos pro Edonis habeamus, impedire possit, quod Thucydides sedes eorum a Panacorūm seiungere videtur: itaque rem in medio relinquimus. Dersacos igitur quum Herodoti<sup>181)</sup> quoque, qui eos ab Edonis distinguit, testimonium accedat, Edonis abiudicare cogimur<sup>182)</sup>.

Totus autem hic maritimus tractus, quem Edoni olim tenuerant, in Odrysarum ditionem redactus non est. Quae enim prius Thasiis subditae erant<sup>183)</sup> urbes, una cum metropoli in Atheniensium potestatem transierunt<sup>184)</sup>. Ad Nesti iam ostia pervenimus i. e. ad ipsam Abderam, unde Thucydides in definiendo maritimo imperii Odrysarum limite proficiscitur. Hinc igitur ad Istri usque ostia Odrysis omnia subiecta erant<sup>185)</sup>. At quamvis in enumerandis Athenieusum sociis, omissis interiacentibus,

181) Herod. VII, 111. Xerxes ex Dersaeis ad Edonos pervenit.

182) Antandrum quoque tenuisse diountur Edoni, vide Steph. Byzant. v., ubi ante Vossium legebatur *ανομάσθαι Πδωνίδας Κιμμερίων ἐροικούντων ἔχατὸν ἔτη*: id quod minime reiiciendum iudico; Strabo quoque Treres, Thracum gentem, Cimmerios vocat; cur non Edonos Stephanus potius Aristoteles? hos igitur sicut Treres secum in Asiam transduxisse putandi essent Cimmerii. De Cimmeriis ceterum inspicias Steph. v. *Σύκασσος*; Strabo I, 3, pag. 94—97. XII, 3, pag. 32. XIII, 1. pag. 88. XIV, 1. p. 186. Eustath. ad Dyonis. passim. Herod. I, 15. Niebuhrum l. c. pag. 375. annot. 46, cui autem ignotus fuisse videtur Eustath. ad Odyss. λ', 14. pag. 416, ubi Arrianus quoque ossertur.

183) Vide in universum Herod. VII, 118.

184) Thuc. I, 101. Θάσιοι - ὁμολόγησαν Αδηραιοῖς . . . τὴν τε ἥπειρον καὶ τὸ μεταλλον ἀφέντες. Plut. Cim. pag. 482. — Inspic. Boeckhium: „Staatshaushaltung der Athener.“ Tom. I, pag. 336.

185) Gaius l. c. p. 396: „l'empire des Odryses s'étend de l'ouest à l'est, jusqu'au Pont Euxin; il s'étend du midi au nord, le long de cette même mer, jusqu'à l'Ister.



solum illis Hellespontum et τὰ ἐπὶ Θράκης tribuat Thucydides<sup>186</sup>): tamen quum casu quodam postea illis Aenum, oppidum in Hebrei ostiis situm, adiungat<sup>187</sup>), quumque Strymen quoque, sicut ceteras Thasiorum urbes<sup>188</sup>), societate cum Atheniensibus iunctam fuisse satis probabile sit: alias quoque sub illorum non sub Odrysarum imperio fuisse coniicere licet. Accedit quod Herodotus omnes Persarum hyparchos a Graecis ejectos esse dicit, uno excepto Mascame, qui Doriscum praesidio tenebat<sup>189</sup>); idque de omnibus, quos cognitos habemus, Byzantii<sup>190</sup>), Eionis<sup>191</sup>) et Chersonesi<sup>192</sup>) constat; accedit denique, quod Doriscus, Serrhium promontorium, Ergisce, aliaque oppida<sup>193</sup>) posterioribus temporibus, quibus eorum potentia minus ampla esset, sub Atheniensibus fuerunt. Omnes igitur huius orae Graecas urbes ab Odrysarum imperio liberas, Atheniensium subiectas fuisse coniicere aliquis possit. At alterum quoque datur, scilicet quod utrisque et Atheniensibus et Odrysis tributariae fuerint huius tractus urbes.

Quod probabile reddituri a Polybio<sup>194</sup>) proficisci mur, qui post egregiam illam de opportunissimo Byzantii ad mare situ disputationem, qualis ἀπογία vexarit Byzantios κατὰ γῆν, nobis ante oculos ponit. Nam quae horum, iam omnium Graecarum in Thracia urbium conditio fuerit, patet. Locus autem quem dico hic est: "Τῆς γὰρ Θράκης κύκλῳ περιεχούσαις αὐτῶν τὴν χώραν οὗτως, ὡστ'"

186) Thuc. II, 9.

187) Id. IV, 29. vid. Cortymium: Hellen. Staatsverf. pag. 52.

188) Herod. VII, 108.

189) Id. VII, 106.

190) Thuc. I, 94. 128. Diod. XI, 44.

191) Herod. VII, 107. Thuc. I, 98.

192) Herod. IX, 115 seqq. Thuc. I, 89.

193) Demosth. de Halon. pag. 85. adv. Phil. III, pag. 114. de fals. legat. pag. 390 et passim.

194) Polyb. IV, 45.



ἐκ Θαλάττης εἰς θάλατταν καθήκειν, ἀΐδιον ἔχοντι πόλεμον καὶ δυσχερῆ πρὸς τούτους. οὕτε γὰρ παρασκενασάμενοι καὶ κρατήσαντες αὐτῶν εἰς ἄπαιξ, ἀποτρίψασι τὸν πόλεμον οὗτοι τε εἰσὶ, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὄχλων καὶ τῶν δυναστῶν: εὖν τε γὰρ ἐνὸς περιγένεται, τοεῖς ἐπιβαίνουσιν ἐπὶ τὴν τούτων γώγαν ἄλλοι βαρύτεροι διηγάπται, καὶ μήν οὐδὲ εἰξαντες καὶ στραταβάντες εἰς φόρους καὶ συνθήκας, οὐδὲν ποιοῦσι πλέον. ἢν γὰρ ἐτί πρόσωπαι τι, πενταπλασίους δι' αὐτὸν τοῦτο πολεμίους εὑρίσκονται.

Atque illud zīzī.φ.-καθήκειν minime auctum est; apud Xenophontem enim κατὰ Βυζάντιον κώμιας τῶν Θρακῶν offendimus 195); Seuthen ad Perinthum 196) et Selymbriam 197) satis prope accedentem videmus; ipsa denique plerarumque urbium nomina 198), quae eas castella fuisse significant, imminentia a Thracibus pericula innuunt. Iam dicit quidem Polybius, eos tributis solvendis nihil proficeret; caussa autem, quam assertit, sub Odrysarum regibus non valebat, quippe qui dynastis quoque illis imperitabant et iustum fixumque tributum instituerant; atque Polybius ipse innuere videtur, barbaris quondam tributum concessum fuisse. Accedit, ut quum vigentibus Odrysis nihil de barbarorum vexationibus traditum sit, non multum postquam res eorum labefactatae sunt, de illis multa accipiamus. Ita Thracibus bellum inferentem videmus Alcibiadē 199); ita Byzantios Thracum finitimarum bello admodum vexatos 200) a Lacedaemoniis

---

195) Xen. Anab. VII, 2, 1.

196) Xenoph. l. c. 2, 17. usque ad sexaginta stadia; 3, 7 adeo usque ad quinquaginta.

197) Xenoph. l. c. 5, 15. item usque ad quinquaginta stadia.

198) Desinebant enim in τελχη vide Scyl. ed. Klausen pag. 205.  
206. Herod. VI, 33. VII, 108 et passim.

199) Plut. v. Alcibiad. c. 36. Nepos Alc. c. 7.

200) Diodor. XIV, 42. Βυζάντιοι-πρὸς τοὺς παροικοῦντας Θρῆκας πόλεμον ἔχοντες.



imperatorem petentes videmus; missumque Clearchum e Chersoneso quoque barbaros expelleūtem 201); quam Chersonesum Thracum latrociniis ita afflictam legimus 202), ut Dercyllidas, Lacedaemoniorum Abydi harmosta, novo illam muro munire necessarium iudicaret. Accedit quod apud Seuthen legatos urbium invenimus 203) quodque minores quasdam Graccas urbes 204) non secus atque ipsas barbarorum gentes imperio Odrysarum subditas fuisse certo scimus; accedit denique Thucydidis illud testimonium quod ad solas Ponti orae urbes referre non licet 205); maiores autem et nobiliores licet tributariae fuerint, in interna tamen administratione prorsus liberae erant 206).

Quocumque autem modo res sese habeat, Thracum certe huius tractus gentes omnes in Odrysarum ditione fuisse, non est quod dicam. Sed priusquam ad hos transcamus, pauca de iis, quae inde a Paeonibus illis, quos omnium maxime occidentales fuisse diximus, usque ad Abderam pertinebant, praemittenda sunt. Atque pauca tantum possumus praemittere, quum corum, qui Paeonibus erant sinitimi, ii soli, per quorum fines via ab Odrysis ad illos ducebat, sub Odrysarum imperio fuisse videantur. Nam qui montem Rhodopen incolebant, Diī, ad quos Satras 207) quoque illos Herodoti pertinuisse supra demon-

201) Xenoph. Anab. I, 3. 4. II, 6, 2.

202) Id. Hellen. III, 2, 8. de tempore inspiciatur G. R. Sievers l. c. pag. 48.

203) Xenoph. Anab. VII, 3, 21.

204) Ganus, Neon Tichus, Bisanthe Herod. VII, 137. Xenoph. l. c. VII, 2, 25. 38. c. 5, 8.

205) Vid. annot. 13.

206) Insp. Niebuhrum l. c. p. 373.

207) Satras autem illos, licet non sint Diīs annumerandi, tamen liberos fuisse, inde nemo certo concludere potest, quod eos usque ad suam aetatem nulli umquam mortalium succubuisse dicit Herodotus (VII, 111); nam quum Odrysarum regnum



strare conati sumus, sui iuris erant. Itaque Odrysae non centrum imperii tenuisse sed ipsi australem eius limitem confecisse videntur.

Sedes autem eorum haud faciles sunt ad describendum, quum pauca tantum eaque e diversis temporibus exstant indicia. Sunt autem haec:

1) Erant Odrysae equites<sup>208)</sup>, ideoque planitiae incolae, quod quum per se iam appareat, tum a Polybio<sup>209)</sup> affirmatur. Est autem magna inde a Philippopoli, quae urbs in superiore Hebro fluvio iacet, usque ad Adrianopolin planities, quin Byzantium usque, licet inter has duas urbes colles sensim ascendant<sup>210)</sup>.

2) Medocus, Odrysarum sub finem belli Peloponnesiaci rex, duodecim dierum iter a mari remotus erat<sup>211)</sup>; qua in re monendum videtur, hiemis ratione habita id dictum esse et quidem a viro<sup>212)</sup>, cui iter augere e re erat. Itaque inter se non dissentunt Xenophon et Thucydides, quorum hic a Byzantio usque ad Lacaeos illos tredecim dierum iter esse dicit<sup>213)</sup>; hoc si reputaverimus

---

iam tum, quum hunc passum conscribebat auctor, ipsi notum fuisse probare videatur eiusdem libri c. 137, quo Spartanorum legatos a Sitalce Atheniensibus traditos esse resert: tamen Doriscus urbs, quam item eiusdem libri c. 166 a nemine Graecorum, quotquot tentarint, expugnari potuisse dicit, usque ad annum 430, quo illud factum est, nullo modo sub Persarum imperio remansit. Itaque non audacior fortasse est conjectura, Mascamis illius filios ab Odrysis tandem electos esse; id autem constat, Doriscum antea 464, quo regnum iniit Artaxerxes, libertatem non recuperasse; Artaxerxes enim dona illis misisse dicitur.

208) Thuc. II, 98. Liv. XLIV, 42.

209) Polyb. XXIV, 6, πᾶν τὸ πεδίον (τῶν Οδρυσῶν) ἐπιδραμάν.

210) Mannert I. c. pag. 18.

211) Xenoph. Anab. VII, 3, 16.

212) a Macdosade, Seuthis amico, qui Pariis ut huic, non Medoco operam dent, persuadere conatur.

213) Thuc. II, 97.



.atque aliud quid adiecerimus — Seuthen scilicet, cuius provincia Medoci regno sinitima erat, se Graecos non ultra septem dies a mari abducturum promittere<sup>214)</sup> — in superioris illam Hebri planitiem relegamur. Atque huic optime congruit, quod

3) et apud Polybium<sup>215)</sup> et apud Livium<sup>216)</sup> ibidem sedes eorum invenimus; quodque

4) Plinius<sup>217)</sup> »Odrysarum gentem Hebrum fundere« dicit; quod vero de accolentibus ille gentibus addit, quum hae paene omnes ignotae sint, nihil inde effici posse arbitror. Fidenter igitur

5) Herodoti<sup>218)</sup> Ἀρτησκῷ s. Ἀρτισκῷ ὃς δι' Ὁδρυσῶν ἦε, Ardam quam hodie vocant significari, sumero possumus, quae haud procul ab Agrianis<sup>219)</sup> ostiis Hebro

---

214) Xenoph. Anab. VII, 3, 12.

215) Polyb. I. c.

216) Liv. XXXIX, 53.

217) Plin. IV, 18. (11).

218) Herod. IV, 92. flumen solo Herodoto memoratum; occurrit quidem apud Hesiodum (Theog. v. 345) Αρδησκός, quem Wesselius ad Herod. IV, 92. ab Herodoti Artesco non diversum judicat, sed sine ullo accuratiore indicio; apud Appianum autem Bell. Civ. IV, 103. memoratur flumen Αρπησσός, quod pro eodem habere Schweighaeuserus ad h. l. dubitat, equidem minus. Nam quum Sapacorum angustias circumituri in mediterranea a Serrhio promontorio (c. 101) s. fortasse (c. 102) Maronea profecti tres dies progressi essent Cassius et Brutus, ad ποταμὸν Αρπεσσὸν pervenerunt, ἐκπίποντα ἐς τὸν Ἐβρον. Nondum igitur Nestum amnem traiicerant; quum tamen Harpessus a Philippis unius diei iter abesset, prope fontes Ardae montem Rhodopen superarunt; atque hinc per Nestum et Pangaeum vix ducenta stadia i. e. vix unius diei iter esse videtur. Nam Thonus insula centum abest stadia Philippis. Inspic. praeterea Eustathium ad Hom. Iliad. β' v. 36, p. 270: ἐν δὲ Θράκῃ ποταμὸς Αρπεσθεὶς εἰσβιλλων εἰς τὸν Ἐβρον.

219) Teatus in Contadesduni, hic in Agrianem incidit Herodot IV, 90.



tae eum tractum, quem modo Thynis vindicavimus, ex parte saltem Astae tenebant, qui Thynes illos fortasse occidentem versus propulsarant. Olim quidem illos una cum Bithynis finitimos fuisse Odrysos, persuasum nihil est 232); sed postea maior utriusque gentis pars in Asiam transmigravit 233); nihil igitur certi effici potest. Attamen quoniam Thranipsas et Melandeptas ante Thynos subegisset Seuthes, illos magis in occidentem ad Hebrum vergisse necesse est, ita ut Thynos et Odrysas quasi coniungerent; ex his enim profectus erat Seuthes neque intervallo inter hos et illos statuere licet. Quod autem Xenophon dicit, ultimum eius satrapiae limitem septem Medoci domicilium doodecim dierum iter a mari remotum fuisse: id ex hieme et Macdosadis moribus interpretandum esse, supra monuimus. Hebrum igitur Seuthis satrapiae duximus terminum, ea quidem ratione, ut eum Thranipsae attingerent, quoniam cognatione cum Thynis coniuncti erant 234): Thranipsas ad boream exciperent Melandeptas, sicut Thynos Melinophagi 235). Hi autem non Salmydessum usque procurrebant. Xenophon enim itinere per Melinophagos facto non eos ibi commemorat, sed τοὺς Θρύηντας ταῦτα τεῖχα αἰνοῖται 236), quo eodem modo Herodotus 237) nullo nomine adiecto Θρύηντας τοὺς τὴν

232) Vide annot. 157.

233) Non omnes, quod quum iam satis Thranipsae (annot. 145) et Thyni docent, Strabo quoque affirmit. Quia quum VII, 3. p. 72 Bithynos, Thynos aliasque Thracum gentes ταλέως dicunt ἐκτεινόμενη τῇ Εγράπῃ, XIII, 3. p. 15. μέχρι τῆς τῇ Θρύης πέρα ταχαί ταχαί Βιθυνοί contendit. Et Phylarchus (Atheneus VI, p. 271) prope Byzantium, Melange (II, 2: In Propontide Selymbria, Perimbus, Bithyni) prope Perinthum Bithynos reperiū docent.

234) Vid. annot. 145. 157.

235) Xen. Anab. VII, 4. 22. coll. VII, 5, 1. 1<sup>o</sup>.

236) Ibid. V, 13.

237) Herod. IV, 93.



Σαλμυδησσὸν ἔχοντας inducit. Fuit autem Salmydessa late patens planities 238), cuius incolae naufragos, qui ad hoc litus eiiciebantur, diripiebant 239). Idem in Astas cadit 240); a Thynis contra, quos ad Thyniadem promontorium procurrisse, antequam in Asiam transgressi sunt, nomen ipsum monere videtur, id prorsus abhorret 241).

Has igitur gentes innuit Thucydides 242), ubi Sitalcen evocasse dicit τοὺς ἐντὸς τοῦ Αἴμου τε ὄροντος καὶ τῆς Ροδόπης Θρῆκας ὅσων ἡγέρι μέχρι θαλάσσης ἐς τὸν Εὔξεινόν τε πόντον καὶ τὸν Ἑλλήσποντον, aliasque, quarum nomina interciderunt. Nam a Salmydesso Apolloniam usque, prope quam mons Haemus ad mare proxime accedit, qui incoluerint Thrases traditum non accepimus. Supra Apolloniam autem et Mesembriam habitabant Scyrmidae et Nipsæi 243), quorum finitimi Getæ iam fuerunt, quos ad Istri usque ostia procurrisse, neque solum in augulo illo, quem dixit Gaius, habitasse et in Odrysarum ditione suisse supra diximus.

In universum imperii Odrysici magnitudinem et ambitum ita demensus est Thucydides 244), ut oram maritimam inde ab urbe Abdera usque ad Istri ostia, si cursus teneat brevissimus et si ventus semper a puppi

---

238) Scymn. Chius. v. 723. εἰτ' αἰγιαλὸς παρατίαται, Marc. Heracl. εἰτ' αἰγιαλὸς τὸς Σαλμυδησσὸς λεγόμενος, Ptolem. III, 11. πλίτυσα vocat.

239) Xen. l. c. VII, 5, 12. 13.

240) Strabo VII, 6. p. 111.

241) Vid. Nicol. Damasc. p. 306. edit. stereot. una cum Aeliani Var. Hist. nomen igitur promontorii illius non a Thyneis, sed a θύεροις illis, qui haec in regione frequentissimi erant, derivandum videtur. Vid. Burmeisterum: Ueber die Thrakische Pentapolis (Zimmermann: Zeitschrift für Alterthums-wissenschaft 1837 pag. 426).

242) Thuc. II, 96.

243) Herod. IV, 93. an iidem qui Σχεμνιάθαι Stephanus?

244) Thuc. I, 97.




spiret, navi rotunda quattuor dierum totidemque noctium spatio circumnavigari posse contendat; terrestrem vero viam, qua brevissima est, intra undecim dies confeceris. Atque tanta quidem mare versus longitudo est; a Byzantio autem usque ad Laeaeos et fluvium Strymonem, qua longissimus a mari tractus in mediterranea est, viro expedito tredecim dierum est iter.

Reditus autem huius vasti imperii sub Seuthe, Sitalcis successore, qui eos ad summum perduxit, iusti quadringenta talenta efficiebant; non minus ii, qui munerum nomine illi offerebantur; praeterea vero, quum illa omnia ex argento et auro consistenter, stragula, texturae aliaeque supplex ei dono dabatur<sup>245)</sup>), neque ei soli, sed satrapis quoque et nobilibus Odrysis. Itaque regnum illud ad magnam potentiam pervenit, sive ambitum species sive internas eius opes. Neque temere omnium, quæ in Europa inter Iomium sinum et Euxinum Pontum regna extiterunt, maximum iudicavit Thucydides proventu pecuniarum, certandi viribus et copiarum numero.

---

245) Ex more Odrysarum, secundum quem nemo nisi dona ferens sibi petenti satisfactum iri sperare poterat cf. Thuc. II, 97. Xenoph. Anab. VII, 3, 20. De rebus satraparum vid. Xen. l. c. VII, 7-86.



## Audenda et Corrigenda.

pag. 2.....v. 4 pro: reperierimus leg. repererimus.

» 3 annot. 11) » 3 » conficit » confecerit.

» 6.....» 29 » Hacnum » Haemum.

» 10.....» 28 » cemp. » comp.

» 13 annot. 48): Alteram illam disputationem, quae quidem de tempore fabulac Rhesi erat actura, una cum hacce prelo subiicere non licet.

pag. 13 annot. 49): Adde Herod. I, 64.

» 22: Lacedaemoniorum legatos indicta causa necarunt): Huc retulerim equidein verba comicci Hermippi (apud Athen. I, 27, e.):

*Καὶ παρὰ Σιτάλκου ψώραν Λακεδαιμονίοισι* (sc. τῆγαγε Διόνυσος): scabiem enim metaphorice dictam accipio; Casaubonus quidem comicum ad expeditionem quandam Lacedaemoniorum rogatu Sitalcis, Schweigaeuserus contra Sitalcen susceptam alludere sumit; at utrumque aequa a vero abhorre videtur; nam neque umquam iuncti erant cum Sitalce Lacedaemonii, neque illo tempore expeditionem in Thraciam suscipiebant teste Thucydidis silentio, neque, quum classe carerent, poterant suscipere.

pag. 24.....v. 16 pro: Hagmonen leg. Hagnonem.

» 41.....» 9 » disputata » disputatio.

» 42 annot. 182) » 5 » potius » sive potius.

» 43.....» 24 » iam » eam.

» conditio » conditionem.

» 25 » fuerit » fuisse.

» 46 annot. 207) » 10 » antea » ante annum.

» 48 in » 223): suppleas numerum 111.

